ACADEMICARUM
RERUM
SERIES NONA,

Quæ Secundam Piſanæ Univerſitatis Peregrinationem; novarum Legum Promulgationem; Clariſſimorum Profeſſorum, Summorumque Studii Præſidum decora detegit.

Cura ac Studio

STEPHANI MARIÆ
FABBRUCCI PISANI

Anteceſſoris, atque Academici Apathiſtæ &c.

Anno 1750. com.

INfelicibus auſpiciis elabi cœperat *Menſis Martius* Anni a Partu Virginis *Milleſimi Quadringenteſimi Octuageſimi Primi*, cum novo nempe ſedatæ jam Peſtis imminenti metu; quamobrem *Die quarta ejuſdem Menſis*, de transferendo rurſus in tutiorem aliquem Etruriæ locum *Piſano Gymnaſio* providentiſſime deliberatum fuit; (*a*) non inconſultis autem Collegis, quibus maxima priſcis temporibus habita reverentia eſt, id conſilii captum, & potiſſimum vero circa Loci deſtinationem, ſerio cum Ipſis actum; deque duobus magis opportunis creditis, iiſdem Profeſſoribus optio data, ut patet ex Particula ſequentis Proviſionis, de more obtentæ, Præpoſiti perſonam tunc temporis inter Studii Curatores gerente *Antonio Bernardi Miniati Dini* (*b*): *Studium Piſanum transferatur Piſtorium vel Pratum ubi mavolent Collegæ Docto-*

 rum

(*a*) Lib. III. Rer. Stud. in Tabular. Reform. Florentin. ſub Die 12. Mart. An. 1481.

(*b*) Ibid. ſub Die 4. Martii.

rum &c. *uſque ad Kal. Auguſti* 1481. *propter Peſtem*, *quæ Piſis exorta eſt* &c.

Quum autem major Pars *Pratum* Piſtorio, ubi prima, nec ſatis quieta Eorum ſtatio fuerat, prælatum optaverit, in Oppidum *Prati*, quod Florentiam, & Piſtorium ipſum, quaquaverſum, Decem circiter Milliaribus interjacet, *Piſana Academia* tranſlata eſt, literis jampridem in id, & præcipue pro Scholarum apparatu, ad *Octoviros* datis, necnon ad *Utrumque Collegium*, hujus tenoris (*a*): *Eximii Doctores nobis cariſſimi* „ Adi 7. del pre-
„ ſente facemo deliberatione che per-
„ ſeverando la Peſte coſti lo Studio
„ ſi trasferiſchi o a Prato o a Piſto-
„ ja dove più toſto vi piaceſſi & d'in-
„ tendere voſtro parere: ne demo per
„ noſtre lettere commeſſione a *Ber-*
„ *nardo Pulci* Provveditore dello Ufi-
„ cio noſtro. Habbiamo da lui inte-
„ ſo vi contentate di Prato: & a
„ Prato ſia. Per tanto qualunque vol-
„ ta vi pare vi traſferirete là & per me-
„ glio poter fare queſto effecto e con
„ piú voſtra commodità vi diamo li-
„ centia ſecondo che e ſuto da voi
„ chieſto, come intendiamo per rap-
„ porto

(*a*) D. Lib. Reform. pag. 13. ſub d. Die 12. Mart. An. 1481.

„ porto del noſtro Proveditore che
„ impune poſſiate fare vacatione da
„ hora all'octava di Paſqua. Ma con
„ queſta conditione che ſe parrà &
„ quando parrà a noi, o a noſtri ſuc-
„ ceſſori ſiate tenuti ciaſcheduno ri-
„ mettere & riſtorare le lectioni in-
„ termeſſe nel tempo di d. vacatio-
„ ne, & in queſto mezzo daremo
„ opera che a *Prato* ſi provvegga alle
„ Scuole &c. Valete. Ex Flor. die 12.
„ Mart. 1481.

Eo perrexiſſe indubitatum eſt; ſed ibi per paucorum menſium intervallum moratos fuiſſe, deprehendimus conferendo duas alias Epiſtolas in eodem Codice contentas; in quarum prima, *ſub die* 17. *ſubſequentis Aprilis*, quæ (more Florentinorum a die recurrentis Feſti Dominicæ Incarnationis, ſeu xxv. Martij, Anni principium auſpicantium) fuit 17. Aprilis *Anni* 1482. jubetur *Bartholomæo Soccino*, in eodem loco cum reliquis Collegis moram trahenti, ut Die Sabbati, poſt peractam Lectionem, Florentiam uſque ſe conferat; (*a*) in quarum altera *ſub Die* 27. *Junij ejuſdem Anni* 1482. *Roberto Strozzio* Piſano Profeſſo-

(*a*) D. Vol. 3. pag. 14.

feſſori, in ipſomet Oppido pariter Studiorum cauſſa degenti, injungitur Solemnis Comitiorum Indictio, Adjunctorumque Creatio, pro ſupplendo numero deficientium Conſiliariorum; Denunciatioque quod Anno Literario proxime ſubſecuturo, *Reſumendum Piſis Studiorum Curriculum eſt*, vigore Deliberationis eadem die emanatæ: ibi: *Suprad. Officiales* &c. *& ſervatis ſervandis Deliberaverunt quod Studium reducatur Piſas & ſit Piſis in loco ſolito pro Anno futuro & eo ſe conferant Doctores & Scholares*. (*a*)

Tale etiam Decretum executioni mandatum, alia monumenta æque irrefragabilia comprobant; honorifica videlicet prælaudati *Roberti Strozzij*, in locum deficientis Rectoris Prorectoriſque Deputatio, ad dandam facultatem Scholaſticis introducendorum, ab[illegible]ue ullo Sumptu, Mobilium, prout alias benigne conſtitutum retulimus; (*b*) nec non ad habendam, ope ipſius, tamquam *Archiepiſcopalis Vicarij*, efficacem obſervantiam æquiſſimæ Statu-

(*a*) Ibid. pag. 19. ſub Die præd. 27. Jun. An. 1482.

(*b*) in Opuſc. V. cui Tit. *Collectio* &c. pag. 19.

tutariæ Diſpoſitionis, quæ tunc vigebat: *quod Nemo doctoretur niſi interſint duæ Partes omnium Doctorum actu legentium in Studio Piſano vel Collegiatorum.* (*a*)

Alia quoque vigilantiſſimorum Reformatorum Scita, aliæ Sanctiones proximam Studiorum Inſtaurationem præceſſere, veluti: *Ne quis Piſanorum Profeſſorum, niſi juſto impedimento coram eorum Magiſtratu legitime probato, ob intermiſſam aliquam Prælectionem a Scholaſticis Mulctis alibi recenſitis* (*b*) *immunis abiret*; (*c*) *ac ne quis ex ſubditis extra Florentinam Juriſdictionem Academicis Studiis operam dare poſſet*: (*d*) quod Edictum, alias publice promulgatum relatumque (*e*) privatim quoque palam fieri juſſum tribus eximiæ ſpei Adoleſcentibus, *Guilielmo* ſcilicet *Arretino*, ac duobus *Mag. Antonij Roſati* filiis, *Nicolao* videlicet, & *Joanni* Medicinæ Studentibus, a

(*a*) d. Lib. 3. Ref. Flor. pag. 22. & ſeq. ſub die 30. Aug. 1482.

(*b*) in Opuſc. anteced. ex ord. VIII.

(*c*) in d. Volum. 3. ſub eod. die 30. Aug. 1482.

(*d*) ibid. pag. 23. & per extenſ. in d. Op. 8.

(*e*) in Opuſc. V. pag. 15. & in VIII.

nobis opportuniori loco commemorandis.

Remota igitur nova hac peſtis ſuſpicione, ceteriſque probe conſtitutis, Studia, quæ, per exiguum tempus, in *Oppido Prati* detenta fuerant, denuo *Piſis* d. Menſe *Novembrio An.* 1482. inſtaurata ſunt. Cum autem in omni Legimlatione, quamvis recte perpenſa, multa poſtmodum occurrant, quæ, ab initio, providam Statuentium curam effugerant, ita & in hac, excogitata quædam, quæ ſupra recenſitis adderentur.

In *Codice Vegliutellio*, de cujus Collectore inferius, tranſactis paucis menſibus, poſtquam *Piſis* Gymnaſium denuo reſeratum fuerat, videlicet die 10. *Aprilis An.* 1483. Hæc ad verbum decreta leguntur quod „ in poſterum nemo conducatur aut Conduci poſſit ad aliquam Lecturam „ legendam publice in Studio Piſarum, qui non alias publice legerit „ in aliquo claro Gymnaſio & publico Salario conductus, niſi prius publicam quampiam Diſputationem fecerit Piſis, qua intelligi poſſit quanti ſit quantumque ingenio, lingua, „ & Scientia valeat. Hoc autem decretum non intelligatur pro his „ Quatuor Scholaribus, quibus Lecturæ „ Scho-

„ Scholaſticæ Extraordinariæ Die-
„ rum Feſtorum conceduntur quoli-
„ bet Anno; neque pro his, qui
„ gratis legere vellent & ſine ex-
„ penſa Communis Florentiæ. (*a*)
In his etiam, quæ peculiarem Æconomiam reſpiciunt, eam facultatem Juriſconſultorum Cœtus explicavit, quam unumquodque legitimum Collegium a Jure habet (*b*) Pragmaticam ſcilicet quamdam Conſtitutionem ſanciendi; & hanc, ne mentiar, magis Spiritu quodam avaritiæ, quam honeſtatis dictatam; atque idcirco, quamvis omnes de Cœtu tangeret, minime Omnium ſubſcriptione fulcitam, multoque minus Superiorum auctoritate roboratam. Deeſt in ea quoque Annus ac dies; verum cum in calce, *Felini* nomen obvium fiat, neque veriſimile ſit eo tempore, quo de diſceſſu cogitare jam cœperat, ſibi communem Studioſorum Adoleſcentium, cum exigua futuri lucri ſpe, averſionem excitare voluiſſe; probabile eſt, circa hæc ipſa tempora,

A 5 eam

(*a*) Pag. 20. a terg.
(*b*) Cap. Ex litteris xr. de Conſtit. L. fin. & ibi DD. Cod. de Juriſdict.

eam emanaſſe. Prodeat igitur ex vetuſto quodam Codice, mei quondam Auditoris humaniſſimi, *Abb.* Equitis *Aloyſij Martimedicei Patricij Florentini*, Hæc qualiſcumque Conſtitutio, cui in fine, pro juſta cauſſa, obtenditur, quod ſex, ex Piſanis Diſcipulis futuriſque Candidatis, quorum nomina ibi reticentur, *Olivetanæ Religioni*, uno, eodemque tempore, nomen daturi diſceſſerint, atque ita Collegium debito emolumento fraudarint. (*a*)

„ Conſideravimus ſæpius Statuta „ hujus noſtri Collegij, quibus ta- „ xatur quantitas nobis ſolvenda pro „ quolibet Doctorando: quæ & ho- „ neſtiſſima eſt, & *longe minor*, „ *quam Taxa in ceteris Italicis Colle-* „ *giis uſitata*; quæ ideo limitata „ fuit,

(*a*) In Lib. Veſtit. Mont. Olivet. Major. ſub An. 1481. ex oculari inſpectione Reverendiſs. ejuſd. Ord. Præſul. *Cherubini Beſozzi* & *Bernardi M. Galeotti*, infraſcripti *Olivet. Relig.* nomen dediſſe deprehenduntur, *Jo. de Hiſpan. Criſtoph. de S. Quirico, Jo. de Saxon. Bened. M. Jo. de Seniſ. Nicol. de Surento.*

„ fuit, ut de Remiſſionibus loqui „ deinceps non oporteret, tamquam „ per talia Statuta opportuna con- „ ſideratione compoſitis. Animad- „ vertimus deinde & repetitis in- „ ter nos ipſos colloquiis ſæpe con- „ doluimus & nunc iterum condo- „ lentes inſpicimus deteſtandam abu- „ ſionem & corruptelam amplius „ non ferendam, a certis tempori- „ bus in hoc Collegio paulatim „ inolitam, & in dies cum noſtro „ dedecore, ne dicamus dapno, „ magis ac magis inoleſcentem: „ per quam devicti importunis & „ inverecundis eorum precibus con- „ tradicere erubeſcimus & cogimur „ Taxam Statuti adeo imminuere „ ut pene ad nichilum vel ad vi- „ liſſimum ſtilum jam corruiſſe vi- „ deatur. Videmus etiam non po- „ tuiſſe nos hactenus per remedia „ deliberationum noſtrarum quam- „ vis juratarum reſiſtere diſpenſa- „ tionibus per quas de Remiſſionibus „ tractaturi ſuſpendimus in primis „ omne vinculum Juramenti tam- „ quam inter nos ipſos præſtiti & „ per nos remiſſibilis: propter quod „ velimus nolimus neceſſe eſt ut „ quotiens rogamur totiens ſtatutis „ noſtris tamquam verbis tantum

„ conditis paſſim ac fediſſime & in-
„ viti contravenimus cum ingenti
„ honoris noſtri declinatione, in pe-
„ jorem etiam vilioremque ſtatum
„ ex his lapſuri: niſi mente tan-
„ dem & animo viriliter erecti per
„ aliquod efficax duraturumque re-
„ medium noſtra providentia celeri-
„ ter occurramus. Ea propter con-
„ gregati omnes Doctores Collegij
„ Utriuſque Juris, qui Piſis nunc
„ ſumus premiſſoque inter nos So-
„ lemni colloquio & demum per
„ omnium noſtrum infraſcriptorum
„ ſuffragia unanimiter concordantes,
„ Statuimus & inviolabili delibera-
„ tione ordinamus ut Prior ad pre-
„ ſens hujus Collegij vel qui pro
„ tempore erit in poſterum ſeu ali-
„ quis de Collegio non poſſit ullo
„ umquam tempore in poſterum pro-
„ ponere quod alicui per nos docto-
„ rando ſeu examinando fiat gratia
„ de aliqua quantitate a Statuto ta-
„ xata quæ eſt *Vigintiquinque Duca-*
„ *torum* pro uno, & *Triginta Septem*
„ *cum dimidio* Utriuſque Juris gra-
„ du: & ſicut hoc proponi non
„ poteſt ita nec poſſit actualiter abſ-
„ que propoſitione fieri: & quoniam
„ alias & ſepius inter nos juratum
„ fuit de d. Statuto conſtantiſſime
obſer-

„ obſervando, & deinde Jurium
„ cautelis inſtructi remiſimus & co-
„ tidie remittimus nobis invicem
„ hæc juramenta tamquam nobis ipſis
„ ad noſtra privata commoda mu-
„ tuo preſtita : iccirco renovantes
„ & mutantes ac quantum de Jure
„ poſſumus augentes formam ſoliti
„ Juramenti, Juramus denuo omnes
„ & ſinguli ad Sancta Dei Evange-
„ lia tactis ſcripturis, ipſi Deo Re-
„ demptori noſtro, eique promitti-
„ mus, & nos eidem principaliter
„ obligamus & adſtringimus quod
„ ſuper contraventione quacumque
„ d. Statuti in ordine Vigeſimi (*a*)
„ numquam aſſenſum preſtabimus
„ nec a d. Juramento nos ipſos ab-
„ ſolvemus prout nec etiam de Jure
„ abſolvere poſſumus ex quo ipſi
„ Deo principaliter juramus.

„ Inſuper ſi qua umquam diſpen-
„ ſatio ſuper premiſſis attentaretur:
„ quod tamen de facto fieret & in-
„ valida eſſet : Volumus quod unius
„ tantum contradictio quæ per ſo-
„ lam ſecretam dationem Fabe Albe
„ cognoſcatur, totum actum diſpen-
„ ſa-

(*a*) Inter Statuta J. C. ſub An. 1480. de quibus in anteced. Serie.

„ ſationis infringat : idemque ſta-
„ tuimus ſi aliquis Doctor de Col-
„ legio etiam unus tantum eſſet ab-
„ ſens a loco in quo Studium no-
„ ſtrum tunc erit vel etiam in loco
„ ipſius Studij & ad Collegium ob
„ id forte de facto congregatum non
„ veniret ſive noluerit per nolun-
„ tatem meram aut contumaciam
„ ſive non potuerit ad Collegium
„ venire vocatus vel non vocatus
„ nam ille abſens pro contradicente
„ ſimiliter habeatur nec in ejus pre-
„ judicium cui ex nunc hujus au-
„ toritate Statuti Jus queſitum in-
„ telligatur liceat aliquid attentare.
„ Et demum pro firmiori & exag-
„ gerata hujus Statuti neceſſaria fir-
„ mitate nos omnes & ſinguli in-
„ fraſcripti (uno in hoc tantum de
„ Voto excepto) ſolemniter Votum
„ facimus & Deo promittimus ſpon-
„ teque nos obligamus & Votum
„ hoc iterum juramus, quod ſi quis
„ umquam noſtrum conſenſerit quo-
„ cumque modo dando propriam vel
„ delegatam vocem ſuper diminu-
„ tione d. Taxe ex nunc ille talis
„ conſentiens ſit obligatus & ita ſe
„ ex nunc pure obligatus Jure hu-
„ jus Voti Deo dicati dare in con-
„ tinenti Decem Ducatos aureos pro-

„ prie

„ prie burſe devotiſſimo Altari Cru-
„ cifixi miraculis coruſcanti ſito Piſis
„ in *Eccleſia Sancti Frediani* (*a*) ad
„ ornamentum ipſius Altaris & Ec-
„ cleſie : voventes & jurantes hoc
„ Votum firmiter obſervare & ab
„ eo diſpenſationem vel commuta-
„ tionem non petere. Adijcientes
„ quod nullus Doctor de novo con-
„ ducendus admictatur ad hoc Colle-
„ gium niſi ut nos ſuperius juravimus
„ & vovimus ipſe etiam in primis Juret
„ & voveat alias portiones quas de
„ facto capiet non faciat ſuas & ad
„ earum reſtitutionem Jure Fori &
„ Poli teneri ſe intelligat. Quod ſi
„ forte aliqui jurare recuſaverint non
„ per hoc minus ſufficiant juramen-
„ ta & vota per nos nunc preſtita:
„ cum & Jure aperto & hujus vi-
„ gore Statuti palam liqueat unius
„ etiam contradictionem totum hunc
„ Actum ſingulos ut ſingulos tan-
„ gentem impedituram.
„ Inſuper concorditer & ſolemni-
„ ter

(*a*) Sacellum hoc Crucis Equeſtrem Familiam de *Peſciolinis Veneroſis* Nob. Piſan. ut ex appoſit. ibid. Inſcript. patet, impenſe munificam habuit.

„ ter Revocamus Caſſamus & Irri-
„ tamus quoddam Statutum dudum
„ a nobis editum diſponens quod
„ quando Doctores ſunt a Studio
„ abſentes reſervetur eis portio ſua
„ ac ſi eſſent preſentes quoniam fa-
„ ctum fuit propter eos qui in va-
„ cationibus graduabantur conceſſis
„ remiſſionibus : quia cum per hoc
„ Statutum amodo evanuerint, ipſum
„ etiam Statutum tunc factum cum
„ eis evaneſcere volumus : ceteris
„ noſtris Statutis in ſuo robore du-
„ raturis & illo preſertim propter
„ quod Singulo Anno Duos Docto-
„ res amore Dei creare tenemur
„ cui per premiſſa in aliquo dero-
„ gare vel detrahere non inten-
„ dimus ✠

„ Ego Hieronymus olim S. Petri
„ de Roncionibus Civis Piſanus Pu-
„ blicus Imperial. Autor. Notarius
„ Archiepiſcopalis Piſane Curie Scri-
„ ba Publicus de pred. rogat. ad
„ fidem me ſubſ.

„ Ego Felinus Sandeus ſic per
„ omnia Juravi, & vovi. Ego Do-
„ minicus Flori Pratenſis (*a*) ac
„ Stu-

(*a*) Cum nullibi, neque in Catalogo Piſanorum Profeſſorum hujus

„ Studij Prior ſic ut ſupra & vovi
„ & juravi : ea potiſſimum cauſa
„ quod cum adhuc in Magiſtratu
„ conſtitutus eſſem , Sex ex Scho-
„ laribus dedicati Monachi ſunt &
„ addicti Monaſterio Sancti Benedi-
„ cti in Monte Oliveto .

Expeditus ab his, quæ partim generalem eamque laudabilem, partim peculiarem, nec ita certe laude dignam, Legumlationem reſpiciunt, mei muneris jam eſſe intelligo Clariſſimos Profeſſores, qui, ratione ſuæ Conductionis, proprie hæc tempora contingunt, enumerare; & prior quidem, in Claſſe Canoniſtarum ſit....

§. I. *Petrus Accolti*, prælaudati *Franciſci*, ex Fratre Nepos. Ex Aretina Familia Florentiæ natus ex *Benedicto Accolto*, & *Laura Federighia*

---

temporis, neque in Cenſu Familiarum Pratenſium, Familia *Flori* reperiatur, ſuſpicor ex Originali tranſcribendum fuiſſe *Fori Pratenſis*, ut e. g. *Fori Julienſis* &c. & quod ſubſcribens ſit *Dominicus de Bettinis de Prato*, de quo ſuperius actum.

ghia Anno 1455. (*a*) ubi primum per ætatem & præliminaria Studia licuit, Piſanas Athenas appulit; atque hic, Promotoribus *Lancellotto Decio*, *Guictone Aretino* &c. de quibus alibi pertractavimus (*b*) vice ac nomine *Franciſci* Patrui, ſub An. 1481. Flor. more, J. V. Laurea inſignitus, cœpit, extra ordinem, Sacros Canones, & ex profeſſo *Sextum* & *Clementinas* interpretari, ad quam Cathedram fuerat, eodem anno, cum explicita conditione, ut prius Doctoratus aleam ſubiret, cum *Florenis Quindecim* e communi ærario, & *Quadraginta* de ſtipendio Patrui, eo ſic annuente, quotannis percipiendis. (*c*) Hinc Romam, longe auguſtius virtuti ſuæ Theatrum extituram, profectus inclytæ illius Rotæ præfuit Auditor integerrimus

(*a*) Ignat. Urſulin. in Op. Inclit. Nat. Florent. Famil. &c. P. II. Morer. in V. *Accolti Pierr.* Apoſt. Zen. Eph. Lit. Ital. Tom. XI. Art. 13. Diſs. 3.

(*b*) In Opuſc. VI.

(*c*) Lib. 11. Offic. Reform. Florent. pag. 129. & Lib. 11. Doct. Archiep. Archiv. Piſan. pag. 143.

rimus ſapientiſſimuſque (*a*) Arbiter in difficillimis negotiis fere omnium Italicarum Deliberationum. Quapropter merito a laudatiſſimo viro *Petro Delphinio*, dum ei muneri præeſſet An. 1503. commendatus his verbis: *Agimus Deo gratias quod tibi potiſſimum demandata ſit res tanti momenti, in quo non minus conſtantiæ, quam fidei novimus;* (*b*) & non oretenus a S. P. *Julio* II. ſed inſigni facto, dum in ſexta Cardinalium Creatione Ravennæ facta, An. a Virgineo Partu 1511. Eccleſiæ Romanæ Cardinalis fuit conſtitutus. (*c*) Qua ampliſſima Dignitate præfulgens, poſtquam Anconitanæ, Cremonenſi, aliiſque in Gallia, Flandria, Hiſpania, Epiſcopalibus Sedibus, nominis ſui fama, ſi non præſentia, decus addidit (*d*), poſtremo tan-

(*a*) Jacob. Gad. de Scriptor. Tom. I. J. B. Cantalm. in Syntax. Aud. S. R. E. Card. num. 76. Jac. Sadol. Epiſt. Lib. 7. &c.

(*b*) Lib. 7. Epiſt. 51.

(*c*) Alphonſ. Ciaccon. in *Jul.* II. num. marg. 22.

(*d*) Hieron. Fab. Mem. Sacr. Raven. Antiſt. P. II. num. 106. Ferd. Ughel. in Ser. præd. Epiſcop.

tandem Ravennati Archiepiſcopatui admotus, *Nicolao Cardinali Fliſco e Lavagnæ Comitibus*, elabente Anno 1524. *a Clemente VII. Mediceo*, ſucceſſor utiliter datus, illuſtrem hunc Archipræſulatum *Benedicto* Nepoti, quoad Vicariam poteſtatem, tantummodo renunciatum, uſque ad religioſiſſimum obitum ſuum retinuit, de quo inferius. Interea non tam ſummis pro tempore Eccleſiæ Dynaſtis acceptiſſimus, ob zelum præcipue, quem in confutandis *Decij* Allegationibus pro notiſſimo Piſano Conciliabulo; & in retundenda tunc temporis gliſcente *Lutheri* hæreſi, verbis Scriptiſque circumtulit, (*a*) quam etiam exteris Principibus apprime carus (*b*) & potiſſimum *Maximiliano I.* ut præ ceteris conſtat ex honorificentiſſimo Equitis Palatini cum reliquis annexis Juribus Diplomate, quod pro Nepote ſuo ex Sorore *Baldovinetto*, ea tempeſtate Pronotario Apoſtolico,

dein-

(*a*) Sfort. Pallavic. Hiſt. Concil. Trident. Lib. 1. Cap. 20.

(*b*) Petr. Bemb. in Epiſt. ad Franc. 1. d. Sadolet. Lib. 7. Epiſt. ad Bened. Accolt. S. R. E. Card.

deinde *Anconitano Epiſcopo* impetravit : cujus particulam, quatenus ad rem præſentem attinet, hic referre libet : *Maximilianus* &c. *Attendentes ſummas virtutes, humaniſſima officia ac præcipuam in nos & S. R. J. fidem Rev. Patris D. Petri Tit. S. Euſebij Presbyteri Cardinalis Anconitani Amici noſtri chariſſimi Avunculi tui, cujus intuitu tibi multa debere exiſtimamus* &c. (*a*) Obitum communiter ſub die 13. Decembr. An. 1532. ſignant, circa locum ſepulcri tantummodo diſcordes; *Hieronym. Rubeus* ſiquidem, in Eccleſia *Sancti Euſebij* ſui Cardinalatus titulo; (*b*) prælaudatus vero *Ciacconius* & *Ughellius*, quibus in hoc magis deferendum videtur, in ea *S. Mariæ de Populo* (*c*). Ipſius ingenij alioquin feraciſſimi doctrinæque, judicio laudatiſſimi viri *Jacobi Cardinalis Sadoleti*, prope ſingularis, nulla alia ſuperſunt monumenta, quam quæ in Corpore Deciſionum ha-

(*a*) Exempl. ap. *Jo. Pog. de Baldovinet. Nob. Flor.*

(*b*) In Hiſt. Raven. pag. 2.

(*c*) Præd. Ciac. in Jul. 2. ſub n. marg. 22. Ughel. Tom. 1. Ital. inter Anconit. num. 44.

habentur; (*a*) Bullæque Pontificiæ ſpecimen in prædictum Hæreſiarcham promulgandæ, quam, utpote nimiæ fortaſſis acrimoniæ; obſtante præſertim apud *Leonem* X. ejus æmulo *Laurentio Puccio*, e re Chriſtianæ Reipublicæ minime creditum fuit ea forma evulgari; & inter Adverſaria *Cardinalis* quondam *Moronæ* aſſervari, memoriæ proditum eſt. (*b*)

§. 2. *Æneas de Stufa* Patrem nactus *Juvencum*, qui ſub Anno 1469. ſupremo Vexilliferi honore functus fuerat; (*c*) cui & Senior *Juvencus*, anteriori ſeculo, in eadem dignitate, præluxerat, (*d*) cæpit adhuc adoleſcens eamdem laudis & honeſtatis ſemitam inſiſtere. Juriſprudentiæ ſeſe dediderat; & quamvis præmature Patre ipſo deſtitutus, non idcirco minus urgendum ſibi propoſitum

---

(*a*) Auguſtin. Fontan. Biblioth. Legal. P. 1. in verb. *Accol. Petr.*

(*b*) Not. Margin. ad Cap. 20. Lib. 1. Hiſt. Conc. Trid. Sfort. Pallavic. Prim. Mediol. Edit. pag. 119.

(*c*) Scip. Ammir. Hiſt. Florent. Lib. 23.

(*d*) Id. P. 1. Lib. 14. ſub An. 1387.

ſitum duxerat; immo quo ſibi, in Actu Docendi, major proficiendi ſuppeteret occaſio, Publicæ *Cæſarearum Inſtitutionum* Lectioni inhiavit: quam a Magiſtratu Studiorum Præſide, cum tenui ſtipendio 25. Floren. pro duobus annis, tertioque ad Beneplacitum, impetravit; & cum ea præambula conditione, quæ in Academicis Actis legitur, *ut prius doctoraretur*. (*a*) Auſpice igitur ac Promotore *Franciſco Arretino*, de quo ſuperius, J. V. Inſignia ſuſcepit ſub die 11. Octobr. An. 1481. more Florentino, (*b*) ſtatoque tempore, Prælectionum ſuarum curriculum inchoavit. Non deſtitit uno eodemque tempore litigioſis caſibus quotidie ſuborientibus, Theoreticam ſcientiam aptare; quare non minorem, quam in Scholis, in Foro laudem ſibi comparavit. In ampla recenſione celebriorum cauſſarum Patronorum, quam nobis exhibet pluries alle-

(*a*) Lib. 2. Deliber. Stud. in Offic. Reform. Florent. ſub die 16. Jun. An. 1481. pag. 127.

(*b*) Lib. 2. Doctor. in Archie p Tab. pag. 141.

allegatus *Joſeph Ruſticius* (*a*) etiam hujus incliti Profeſſoris nomen cum laude circumfertur. Nomen, quod poſtea Avitam Vexilliferorum ſeriem nova luce cohoneſtavit, ut ex eodem *Ammirato* colligimus: (*b*) qui præſtantiſſimus Auctor, quantum Neapolitana Ditio ſummæ ipſius dexteritati, adverſus *Jo. Stuardum* Albaniæ Ducem, debuerit, in aperto ponit. Non eſt anguſtiſſimi hujus loci ſumma Ejuſdem decora omnia concludere. Multo minus ejus præcelſæ Familiæ, cui certe lucem ea tempeſtate afferebat non mediocrem *Sigiſmundus*, de quo inter inſignes Lycei Curatores, inferius. Auxere decus in dies plurimum plures in literis, literariiſque Typis, præcellentes Viri, *Petrus* Canonicus Florentinus; *Nicolaus*, ut Hæreticorum terror, ita *Ordinis Servorum* maximum ornamentum; *Alexander Politianæ Eccleſiæ* regimine, ſed magis abdicatione, celeberrimus; *Franciſcus*, & ipſe Piſis Profeſſoria primum;

(*a*) In Commentar. ad L. cum Avus Dig. de Condit. & Demonſtrat. Lib. 1. Cap. 13.

(*b*) D. P. 2. Lib. 30. ſub An. 1525.

mum; deinde Florentiæ Senatoria Toga clariſſimus, ut alibi adnotabitur. (*a*)

§. 3. Non eſt ſilentio prætereundus, licet per breviſſimum unius tantum anni intervallum, *Piſis* Imperiales Inſtitutiones, eodem anno 1481. enuclearit, *Jo. Baptiſta Gamberellius* Florentinus Civis, *Bernardi* celebris Sculptoris Filius, de quo *Vaſarius* (*b*). Eaſdem, per plures ſubinde annos, uno eodemque tempore, quo Patriæ Magiſtratibus defungebatur (*c*) in Piſano - Florentino Gymnaſio explanavit, celebris Magiſterio, deinde Concurrentia, ut vulgo dicimus, Mag. *Franciſci Guicciardini*, ad ipſam Cathedram

B pro-

(*a*) Angelic. Aproſ. Biblioth. pag. 271. Ferd. Melior. in Illuſtr. Florent. pag. 301. &c. Mich. Pocciant. in Catal. Script. Florent. Poſſevin. Tom. 2. Appar. Sacr. Jul. Negr. de Script. Ughel. Ital. Sacr. *Georg. Vivian. Marcheſ.* in Muſ.Honor.P.1.&c.

(*b*) Volum. 2. Offic. Stud. pag. 144. & ult. ſub An. 1481.

(*c*) Mſ. Colleg. Judic. & Notar. ad An. 1483. & 85. Rotul. dd. An. in O. R. F.

promoti ſub An. 1505. ut eadem Acta noſtra teſtantur, & Erudit. *Mannius* noſter in Tom. 17. Sigil. pag. pen. & in vita prælaudati Hiſtoriarum Scriptoris celeberrimi, Scriptum reliquit. Ad honeſtam ejus Agnationem quod attinet, conſpicuis viris, ab eodem *Mannio* commemoratis, juvat alios adijcere; videlicet *Petrum*, declinante Decimo Sexto Seculo, in hac Piſana Univerſitate, *Dialecticæ Profeſſorem*; (*a*) *Mag.* quoque *Franciſcum* Matthæi filium, Medicinæ Doctorem, cujus extare Sepulcrum, Inſcriptionem, & Gentilitium Inſigne Trium Cammarorum, in Eccleſia Florentina Monialium *S. Petri Majoris* ſub num. 465. teſtatur *Stephanus Roſſellius*; (*b*) nec non ipſius *Jo. Baptiſtæ* Filium, adeoque ſenioris *Bernardi* nepotem, *Ser Bernardum*, qui Anno 1538. ſeu 1539. ut penes *Jo. Baptiſtam Adrianum* legitur (*c*) una cum *Jacobo Clariſſimi de Medicis*, & *Aloyſio Petri de* Ro-

(*a*) Rot. Univerſit. An. 1577.

(*b*) Mſ. Sepulcr. Florent. ubi de præd. Eccleſ.

(*c*) Hiſtor. Florent. Lib. 2. pag. 59. e 60.

Rodulphis, prænobilibus ſplendidiſſimiſque Nunciis ad ſtipulandas Nuptiales Conventiones cum *D. Petro Toletano*, pro *D. Eleonora* ejus Filia, *Coſmo I. Mediceo* nuptui tradenda, & paulo poſt auſpicatiſſime tradita, Neapolim acceſſit. (*a*) Ad eos quoque ſpectaſſe videtur princeps Sacellum, a majore janua, introeuntibus, ex ordine Tertium, in *Eccleſia S. Mariæ ad Riccios*, nunc *PP. Scholarum Piarum*; quod poſtmodum in Familiam *Nemorum*, conſortium cum Familia *de Curſiis Ser Bartoli*, legitimo jure tranſiit, ut *Ferd. Melior.* memoriæ mandavit. (*b*)

§. 4. E Florentina Familia, quæ ſupremo honore, nempe Signiferi Juſtitiæ, in perſona *Rodulphi*, functa eſt (*c*) in hunc noſtrum Ordinem, Cæſareis Inſtitutionibus edocendis, admotus eſt *Bartholomæus de Ciais* Rodulphi Filius, An. 1481.

(*a*) Mſ. Orig. *Franc. Jo. de Baldovinett. ap. Nob. & Erudit. Jo. heredem*.

(*b*) In Illuſtrat. Florent. pag. 394.

(*c*) Scip. Ammirat. Tom. 2. Hiſtor. Florent. ad An. 1403. Ferd. Leop. Melior. Flor. Illuſtr. pag. 166.

decreto ipſi honorario *Florenorum Viginti*. (*a*) Non hic perſtitiſſe diu, ex iiſdem Academicis Actis eruo; neque aliunde alios in Republica gradus aſſequutum reperio, prout *Joannem Baptiſtam* &c. (*b*) Extinctam verò Familiam in altero *Rodulpho*, ſaltem quod ad maſculos hujus lineæ, exinde conijcio, quod ex legitima hereditate Dominæ *Mariæ Rodulphi de Ciais*, penes nobiliſſimam Familiam *de Ridolphis*, reſidet hodie Jus Patronatus Aviti Sacelli in inſigni Florentina Collegiata *D. Laurentii* prope Sacrarium Vetus; ſub Titulo *D. Bernardi*, pro filiis ſuis ac deſcendentibus, a nobili viro *Dom. Juliano, olim Bernardi de Ciais*, ſub An. 1511. fundati (*c*) in quo magnificentiſſimo Templo, Duo etiam Sepulcra cum antiqua *de Ciais* Inſcriptione proſtant. (*d*)

§. 5.

(*a*) Lib. 3. Rer. Stud. in Offic. Reform. pag. 95. & 126.

(*b*) Bened. Varch. Hiſt. Florent.

(*c*) Campionc. Beneficiorum in Arch. S. Laurent. Stud. & opera *Franc. Mar. Duccy* deſcript. num. 1. pag. 69.

(*d*) Melior. Loc. Præalleg. Steph. Roſſell. cum Addit. num. 12. & 40.

§. 5. *Hieronymus Turrianus*, Jo. Bapt. Filius, e nobiliſſima Mediolanenſi Familia Veronam translata, Publicus Medicinæ Lector Piſis An. 1481. cum Stipendio *Floren. Tercentorum* deſignatus (*a*) nomine tenus, id Univerſitati noſtræ decus attulit, quod re factiſque Patavinæ, bis in eodem Gymnaſio Theoreticen, & Praxin edocendo; & intermedio tempore, etiam Ferrarienſi attulit. (*b*) Egregia Opera, quæ typis imprimenda elucubraverat de Medica facultate benemerentiſſimus ſenex, An. 1505. e vivis ereptus, *Papadopolio*, *ac Borſetto* uniformibus teſtibus, hæc ſunt: *Commentaria continua in Galenum*: *Conſiliorum Lib.* 3. *De Variolis Lib.* 1. *De Plantis & Floribus Lib.* 2. Patris veſtigiis inhærentem *Marcum Antonium*, Filium, & majori etiam ingenij expectatione inhærentem, eædem Antenoreæ Sedes paulo poſt excepe-

 runt.

(*a*) Rotul. d. An. in Tabul. Reform. Florent.

(*b*) Jacob. Thomaſin. de Gymnaſ. Patav. Lib. 3. Cap. 10. Ferrant. Borſet. de Ferrar. p. 2. lib. 1.

runt. (*a*) Cum plauſu docentem, etiam Ticinum audiit, ubi illi honorificum contigit aureum Hiſtoriarum Scriptorem, *Paulum Jovium*, antequam Eccleſiaſticæ vitæ manciparetur, Filoſophiæ ac Medicinæ Studiis operam dantem, in hiſce Artibus inſtruere; jamque emeritum, Doctorum Hominum Lauro inſignire: cui alias meritorio officio, ſolius æquæ æſtimationis gratique animi ſignificatione, par retulit *Jovius* elegantiſſimo, in ejus commendationem, conſcripto Elogio, quod inter ipſius Latina Opera circumfertur. (*b*) Ex eodem aliiſque, qui de eximio hoc Profeſſore ſcripſere, colligimus hunc græcis literis, mathematicis diſciplinis, anathomiæ, Reique Herbariæ cognitione inſtructiſſimum, edito volumine in *Mundini de Lutiis Anatomen*: quam poſtea & *Curtius* noſter illuſtravit; (*c*) & adver-

(*a*) Nic. Papad. Lib. 3. Hiſtor. Patav. Sect. 2. Cap. 6. n. Marg. 31. Jo. Jacob. Manget. Biblioth. Script. Medic. Tom. 2. p. 2.

(*b*) Venet. Edit. An. 1546. pag. 37. Ip. Or. Italic. Verſ. lib. 1. pag. 111.

(*c*) Matth. Curt. Papienſ. Edito Lib. An. 1550.

verſus informia civis & coævi ſui *Gabrielis Zerbij* hujus generis *ſcripta*, (*a*) magno Rei Medicæ adjumento fuiſſe, maximoque futurum; niſi invida mors juvenem, Triginta circiter annorum ætatem vix excedentem, intercepiſſet. (*b*) Nati Parentiſque, immo univerſæ Familiæ, in Veronenſi *Turrianorum* Baſilica, Monumenta hæc extare refert *Paulus Freberus* (*c*) *Hieronymo Turriano Patri Optimo & M. Antonio Fratri maxime unanimi, Julius, Joh. Baptiſta, & Raymundus Fratres Poſ. Amborum Oſſa, quæ diverſis prius in locis, ut quemque Mors occupaverat, contegebantur, in Patriam translata, eodem in Tumulo collocarunt;* & alibi: *Univerſæ Familiæ Turrianæ. Vixit Pater An. LXII. neque ulli tamen ob præclaras ingenij ſui Artes, quæ tum maxime in Illo florebant, non immature eripi viſus. Filius, cum Is jam Patriæ non ſolum laudi æquaretur, ſed & in majorem, & neſcio quam ſui*

(*a*) Jov. & Papad. ibid.
(*b*) Scip. March. Maff. Veron. Illuſtrat.
(*c*) Theat. Viror. Erudit. Claror. Tom. 2. P. 3. pag. 1216.

ſui expectationem, homines erexiſſet, XXX. ætatis Anno, acerbiſſime omnium fato periit.

§.6. Hereditariam in conſpicua Florentina familia *Roſatorum*, Philoſophiæ ac Medicinæ præſtantiam, non immeritò dixeris. In magna hominum exiſtimatione floruerat *Mag. Antonius* uſque ad An. 1506. quo ſub die 9. Septembr. in *Eccleſia Florentina S. Trinitatis*, tumulatus apparet, quamvis plerique ex Familia, *in Templo S. Mariæ Novellæ*, humati reperiantur. (*a*) Eodem *Mag. Antonio* adhuc ſuperſtite, *Marſilius* Filius, ſub die 24. Octobr. An. 1481. poſtquam Anno tunc proxime revoluto, Feſtis diebus, *Extraordinarij Lectoris* Munus, nondum Artium Doctor renunciatus, obierat, (*b*) ad meritò promotus fuit ad Phi-

(*a*) Necrolog. Florent. Tabular. Art. Medicor. & Pharmacopol. pag. 13. Inſcript. in ingent. marmor. ſtrat. in Cruce præd. *Eccleſ.* ante Sacell. *de Gondis*, nunc *D. Roſæ* dicat. & ſuper Lapid. Arcam in Portic. de *Riraſolis* ubi & erecti Leonis Gentilitium Stemma.

(*b*) Lib. 2. Offic. Florent. Reformat. pag. 87. An. 1480.

Philoſophiæ Cathedram, extra ordinem quidem, ſed in capite moderandam, cum *Floren.* 30. & cum eximio Collega, niſi fidem non adveniendo fregiſſet, nempe cum *Mag. Niccoletto Theatino*, moderaturus, (*a*) cum eo de viribus ingenij doctrinæque certaturus. Per hæc eadem tempora, in eodem Gymnaſio, Studiorum ſuorum curriculum explebant *Joannes*, & *Nicolaus*, ex eodem Patre progeniti; tantaque expectatione explebant, ut cum injuriam paſſi ab *Hieronymo* quodam *Franciſci del Campo* Piſano Cive, de diſceſſu cogitaſſent, ſpecialiter inhibendum Ipſis cenſuerint Vigilantiſſimi Moderatores; cautioque de *non offendendo* a Comminatoribus, Prætoria auctoritate, fuerit exacta. (*b*)

Ex his *Joannes*, paulo poſt, Anno videlicet 1483. *Dialecticæ* Cathedra Stipendioque potitus, inclareſcente magis ejus fama, in concurſu Mag. *Angeli Spoletani-Carmelitæ*, gradatim uberiori cenſu ſedibuſque ho-

B 5

(*a*) Memor. d. Offic. Reform. An. 1481.

(*b*) Lib. 3. Deliber. Stud. pag. 23. An. 1482.

honorificentioribus in dies inſignitus, invenitur uſque ad An. 1525. & ad Stipendium *Florenorum Mille* evectus. (*a*) Interea Medicæ curationi *Petri Gini de Capponibus* aliorumque nobilium Virorum accitus, (*b*) non deſtitit, in Praxi quoque, eam ſibi nominis immortalitatem comparare, qua viget adhuc vigebitque in Scriptis celeberrimi *Marſilij Ficini*, olim ipſius Præceptoris; (*c*) in Apologia Chriſtophori *Landini* ejuſque Additionibus; (*d*) apud *Michaelem Poccìantem*; (*e*) *Bartholomæum Baphium*, (*f*) ut alios Silentio prætermittam. (*g*)

§. 7.

(*a*) Rotul. Univ. Piſ. cum Not. Vigilantiſ. Proviſ. *Hieronym. a Summar.*

(*b*) Lib. 4. præd. Deliberat. Stud. pag. 74. An. 1487. &c.

(*c*) Lib. 11. Epiſt. ad Martin. Uranium.

(*d*) Oper. Dant. præmiſ. §. Fior. Celeb. in Dottrina.

(*e*) De Script. Florent. omn. Gener. pag. 97.

(*f*) De Felicit. Urb. Florent.

(*g*) Jul. Negr. de Scrittor. Fiorent. Paul. Min. della Nobiltà di Firenze &c.

§. 7. *Mag. Laurentius Ser Petri de Laurentiis Filius*, alias *Laurentius Laurentianus*, Civis Florentinus, in Academia *Laurentij Medicei* cognomento *Magnifici* ceterorumque Platonicorum, liberalibus Diſciplinis apprime excultus, & potiſſimum in Philoſophica Medicaque Facultate admodum excellens, ad eas, ut feliciter evenit, publice in Piſano Lyceo profitendas, Logicæ primum Profeſſione, ſibi gradum fecit An. Salut. 1481. (*a*) Initio ſui Magiſterij, familiaritate uſus & contubernio prælaudati *Philippi de Cennis*, cum eo deinde graves inimicitias exercuit, cumque in ipſius cubiculum, occaſione recuperandorum aliquot Librorum, violenter irrepſiſſet, ob id a Gymnaſiarchis acerrime reprehenſus fuit, & in mora conſtitutus, Carceri mancipatus. (*b*) In officio tamen Publici ſui Miniſterij minime deliquiſſe deprehenſo; immo partes ſuas viriliter implenti, ſtatis temporibus, ei Stipendiorum acceſſio facta, & ad ſuperiores Philoſo-

(*a*) Lib. 3. Rer. Stud. in Archiv. Reform. ſub d. An. 1481. pag. 4.
(*b*) d. Lib. 3. pag. 43. & 49.

phiæ & Medicinæ Sellas, facillime patuit acceſſus. (*a*) Sorte vero ſua, ut humana fert conditio, minime contentus, ad Patrios Lares remeandum ſibi duxit, ubi non defuerunt illi præſtantes Alumni, quos oſtentaret; præſertim vero *Petrus Crinitus*, ut ipſemet proprio gratoque calamo teſtatum reliquit. (*b*) Florentiæ quoque non contemnenda Opera elaboravit, e quibus ea *Commentariorum Galeni in Hippocratis Prædictiones interpretatio*, ceteris ſinceræ alioquin verſionis gloriam, aptiori dilucidaque brevitate præripuit. (*c*) Edidit etiam *Commentaria in Prognoſtica Hippocratis*; in *Artem Parvam Galeni*, & *de Differentiis Febrium Libros Duos*. (*d*) Scripſit in

Li-

(*a*) Rotul. An. 1487. & 91. in d. Archiv. Reformat. &c.

(*b*) de Honeſt. Diſcipl. Lib. 3. cap. 2. & 9.

(*c*) Varil. Hiſtor. Arcan. Duc. Medic. Paul. Jov. Elog. Lib. 1.

(*d*) Jo. Jacob. Manget. Biblioth. Medic. Tom. 2. p. 1. Lib. 11. Paul. Freher. in Theatr. Tom. 2. Linden. Renov. Lib. 1. Geſner. in Biblioth. Tiraquel. de Nobilit. Cap. 31.

Libros Tres Ariſtotelis de Elocutione. (a) Inchoavit, at neutiquam perfecit, *Opus in Lib. ejuſdem Ariſtot. de Generat. & de Anima.* (b) Verendum tamen nè ſatis bene de ipſius Animæ immortalitate intrinſecus ſentiret; nam ob vilem pecuniæ jacturam, quam Arrhædatæ amiſſione faciebat, ob non ſolutum condicto tempore domus emptæ Pretium, ſeſe in puteum non conjeciſſet, circa An. ſalut. 1515. (c) quem infelicem exitum (cauſſando tamen inſaniam repentinam mentis) in Eo, cum coævis Scriptoribus, *Petro Crinito* ejus intimo Auditore, ut diximus, aliiſque, *Jo. Pierius* Valerianus quoque deplorat. (d)

§. 8. Dum prælaudatus præſtantiſſimus Vir *Laurentius Laurentianus*, Logicæ præceptis e Publicis Roſtris enucleandis, operam dabat, iiſdem Dia-

(a) Inter Opera Ægid. Romani. Venet. Edit. An. 1522.

(b) Jul. Negr. Præcit. Lib. de Scriptor. Florent.

(c) Prælaud. Pocciant. pag. 109. Cæl. Rhodigin. lib. 23. Lect. Antiq. Cap. 32.

(d) de Infelic. Literar. Lib. 1. pag. 62.

Dialecticæ Inſtitutionibus publice tradendis, eidem eodem anno 1481. quatuor alij, neſcio an mihi Collegæ dicendi ſint, aut potius Adminiſtri, cum exiguo ſtipendio dati. (*a*)

Aloyſius videlicet *Chriſtophori de Maſtianis Piſanus*, de quo ſuperius, ubi de Mag. *Gabriele* ejus Gentili, ſermo inſtitutus, obiter mentio habita fuit: (*b*) ad cujus Familiæ decus, ubi oporteret, proferri poſſet duplex Marmorea Inſcriptio, quarum una prope limen Piſani Cænobij *D. Franciſci* ſub num. 74. alia in Eccleſia *S. Catharinæ* in Sacello, a ſiniſtro latere, Majori Altari proximo; & commemorari cum laude poſſent huic *Aloyſio*, tempore & agnatione finitimi *Michael Jacobi*, cum *Petro Griffo*, & *Marco Baldo* ad ſupplices preces Chriſtianiſſimo Galliarum Regi *Carolo* VIII. porrigendas, honorificentiſſime deputatus; (*c*) necnon *Philip-*

(*a*) Mem. Reformat. ſub. d. Anno 1481.

(*b*) In Opuſc. 4. De Fato &c. pag. 66. num. Marg. 16.

(*c*) Bac. 1. Ad An. 1495. in Public. Arch. Communit. Piſ. pag. 50.

lippus Franciſci, bis Antianatus dignitate functus; Vici Commiſſarius, & ad Miniſtros Francigenas, pro ſarta tecta libertate tuenda, Orator pariter eloquentiſſimus. (*a*)

§. *Franciſcus Bonfantius* e Familia Piſtorienſi, de qua non ſemel *Mich. Angelus Salvius*, qui *Jacobum* Filium, inter Proviſores Communitatis, cum *Toma Celleſio*; *Laurentio Bracciolinio* &c. enumerat. (*b*)

§. *Clemens de Maſſilia*, cujus, cum Familiæ Cognomine, hactenus quodvis aliud intrinſecum extrinſecumque decus fruſtra quæſitum. (*c*)

§. *Bartholomæus* denique *Lucæ de Tarugis*, ut Patria, ſic ex femineo latere, per Matrem *Agnetem*, *Angelo Politiano* junctus: (*d*) quod perilluſtre Montis Politiani Oppidum, ex eadem Patritia *Tauruſiorum* ſtirpe-

(*a*) Bac. II. pag. 212. & 223. B. III. pag. 55. 263. ſub An. 1496. &c.

(*b*) Lib. 2. Rer. Stud. p. 128. Hiſtor. Piſtor. Tom. 3. pag. 180.

(*c*) Memor. Reform. in Claſ. Logic. ſub præd. An. 1481.

(*d*) Menchen. ex Epiſt. Clariſſ. Præſul. *Jo. Bottari* inter Add. Vit. *Polit.* p. 639.

pe, nedum eximium hunc Profeſſorem Academiæ noſtræ protulit, univerſo Chriſtifidelium Cœtui Sanctitate morum poſtea colendum; (*a*) ſed & plures inſignes Alumnos, qui, per varia virtutis ſpecimina, varioſque honorum gradus, ad Majorà progreſſi ſunt: quos inter recenſere interim ſatis ſit *Franciſcum Mariam*, ſummi Pontificis *Julij III.* ex Conſobrina matre nepotem, ac Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem ampliſſimum; (*b*) & numquam interituræ memoriæ *Piſanum Archipræſulem*, ſupremo etiam Univerſitatis noſtræ *Cancellarij* munere conſpicuum, *Saluſtium* nempe *Tauruſium*, ab Epiſcopatu Patriæ, efflagitante *Ferdinando I. M. E. D.* ad celſiorem hanc ſedem, a *Paulo V.* meritò promotum. (*c*)

§. 9.

(*a*) Franc. Pugnan. J. D. Piſ. in Orat. pro Adventu. *Saluſt. Tauruſ.* Arch. Piſ. Edit. Piſ. per Jo. Fontan. An. 1609.

(*b*) Alfonſ. Ciaccon. in vit. Clem. VIII. Eq. *Jo. Ant. Peccius* in Ser. Senenſ. Epiſc.

(*c*) Spinel. Bencius Hiſt. Mont. Polit. Lib. 6. Georg. Viv. Marcheſ. in Muſ. Honor. Part. 2.

§. 9. *Mag. Petrus Calaber, Ord. Minor. D. Franciſci, Chericinio* ſuffectus, ut alibi adnotavimus, (*a*) Theologicas Res enucleabat Anno 1482. Idem, non multo poſt, ut eruditiſſimi *Benoffij* Schedæ teſtantur, Salmaticenſem Cathedram Inſtituti, ut reor, ſui, moderatus fuit: ab alio Cænobita *Petro Calabro* certe diverſus, cui cognomen *Villaroeles*, qui nedum Theologicis ac Philoſophicis Studiis, verum etiam Poeticis, maxime claruit. (*b*)

§. 10. *Franciſcus Laurentij de Gualterottis*, Familia cum antiquiſſima ac nobiliſſima Florentina Familia de *Ilarionibus & Bardis*, Generis Conſorte, (*c*) in Scholaſticis Conductionibus Anni 1482. Cæſareis Inſtitutionibus explicandis, una cum *Jo. Bonajuto*, per paucos dies, ac *Gerardo Macrino Siculo*, Vicerectoris Dignitate antea functo, Honorarij magis, quam æquæ mercedis nomine, cum *Florenis Viginti*, conductus appa-

(*a*) In Opuſc. v. pag. 53.

(*b*) Luc. Wading. de Scriptor. Ord. Minor. pag. 291.

(*c*) Ferd. Melior. in Flor. Illuſtr. pag. 420. &c.

apparet. (*a*) Periculi autem potius de *Franciſci noſtri* ingenio faciendi gratia, quam aſſidui Profeſſoris habendi ſpe, in hac Eum ſede locatum facile dixeris, cum, vel in ipſis ineuntis ætatis primordiis, ad majora eum ortus ſui claritas & indoles efformaſſe viderentur. Et ſane quamvis in Juriſprudentia plurimum emineret, (*b*) cum aliquanto maturior ætas ei præſto fuit, *Decemvir Belli* merito renunciatus, (*c*) aliiſque gravioribus negotiis obeundis, a Reipublicæ Gubernatoribus adhibitus, in Hiſtoriarum noſtrarum monumentis invenitur. Occaſione Defectionis Piſanorum ab Imperio Florentinæ Jurisdictionis, quæ ſub finem ejuſdem ſeculi, neſcio quonam triſti fato ſequuta eſt, tutiſſimum experimentum de Ipſius fide, prudentia, peritia habitum eſt, cum ad *Galliarum Regem Carolum*, & *Ferdinan-*

(*a*) Tom. 3. Deliberat. Stud. in Archiv. Reform. Florent. pag. 25. & 91. Terg. ſub d. An. 1482.

(*b*) Joſeph. Ruſtic. in L. cum Avus Dig. de Condit. & Demonſtrat. Lib. 1. cap. 13. num. 27. &c.

(*c*) Scip. Ammirat. P. 2. Lib. 27.

nandum Aragonium, cum *Jacobo Salviato*, legatus acceſſit, prout ex ampliſſima Collectione Monumentorum ad vitam *Petri Soderini* pertinentium, noviſſime innotuit. (*a*) Graviſſima plane ſunt hæc; ſed cum iis minime conferenda, quæ eidem expedienda cum *S. Pontifice*; cum *Valentino Duce*, commiſſa negotia fuere, (*b*) honorifica magis, quam operoſa, quæ Ferrariæ expediit cum *Duce Alphonſo*, ejus patre *Hercule* jam defuncto; ipſaque Piſtorienſis Prætura, quam obiit; (*c*) quare omnia hæc perfunctorio calamo attingimus. *Bartholomæum*, tamquam hujus noſtri *Franciſci* Filium, commemorat *Julius Negrius*, & in pervulgata *Savonarolæ* cauſſa (pro qua ad S. Pontificem publica auctoritate Legatum, Profeſſorem olim noſtrum, nuperrime cum *Ammirato* aſſeruimus) deploratæ ipſius cauſæ vindi-

cem

(*a*) Patavin. Edit. pag. 186. 191. Ammir. d. Lib. 27. & 28.

(*b*) Ibid. pag. 247. & 264. ſub An. 1501. &c.

(*c*) D. Lib. 28. pag. 276. Mich. Angel. Salv. Hiſtor. Piſtorienſ. P. 2. Lib. 19. ad An. 1508.

cem acerrimum agnoſcit, ejuſdemque *Epiſtolas Savonarolæ* ipſius *Operibus* inſertas memoriæ prodidit; (*a*) at nos *Bartholomæum* non filium, ſed *Franciſci* noſtri, ex communi Genitore *Laurentio* Fratrem, extitiſſe, ex Authographo Necrologio, quod in *Archivo Florentino Medicorum & Pharmacopolarum* adſervatur, eruimus; & in *Eccleſia Florentina S. Crucis* humatum, ſub die 22. *Maij* An. 1492. ubi poſtmodum & ipſe *Franciſcus*, An. 1509. die 8. Januarij, tumulatus invenitur. (*b*) Alios quoque recenſet *Negrius*, e nobiliſſima hac Stirpe, ſcribendi laude claros; & præcipue juniorem *Franciſcum Mariam*, obiter etiam a *Jacobo Gaddio* laudatum; (*c*) in quibus tamen omnibus, Inſtituti noſtri præſens ratio non ſinit immorari.

§. 11. *Mag. Antonius de Faventia*, a præd. Ejus Patria, *Antonius Faventinus* vulgò nuncupatus, inter ce-
le-

(*a*) In Lib. de Scriptor. Florent. pag. 82.

(*b*) Lib. ſign. D. ab An. 1490. ad 1505. & Lib. ſeq. uſque ad 1512.

(*c*) Tom. 1. de Scriptor. non Eccleſiaſt. pag. 261.

lebriores hujus ætatis Profeſſores enumeratur. Conſtat e nobili ejuſdem Urbis Familia *del Cittadino* fuiſſe, ex qua illuſtres alii viri, nullo non tempore, prodiere; & recenter ſeculo proxime revoluto, *Paulus Maria Cittadinius* Dominicanæ Familiæ grande decus & ornamentum, *Archiepiſcopus Mirenſis*. (*a*)

Diverſas Italiæ Academias, Philoſophiæ ac Medicinæ docendæ faciendæque gratia circumiſſe, *Ferrariam*, *Patavium*, *Bononiam* a graviſſimis ſcriptoribus & ſignanter a *Leandro Alberto*, Coævo teſte, memoriæ proditum eſt; immo & *Lutetiam Pariſiorum*, ubi *Magni Itali* nomen adeptus fuit. (*b*) In hoc noſtrum Athenæum, non prius advenisse indubitatum eſt, quam Anno 1482. ad moderandam Ordinarij Philoſophi Cathedram, cum decenti Ho-

(*a*) Romuald. Magnan. in Vit. SS. Favent. in Præfat. num. 14. & in Opere fuſius pag. 334.

(*b*) In Ital. pag. 259. Edit. Venet. An. 1551. Clariſs. Præſul & Eq. Bajul. Georg. Viv. Marcheſ. Bonaccurſ. Monum. Viror. Illuſtr. Gal. Tog. Lib. 2. Cap. 4.

Honorario *Florenorum ducentorum*; eodem tempore, quo ad Phyſicam, extra ordinem, profitendam conductus apparet *Mag. Nicolaus Barianus Placentinus*, de quo inferius. Sub id tempus, in lucem literariam, Scholaſtica Inſignia præbendo, inter ceteros protulit *Carolum Antonij de Vecchiano*, de quo pariter alibi ſermo; (*a*) nec antea diſceſſiſſe, quam An. 1487. quo ſub die 7. Auguſti, ipſimet *Cittadinio* honeſta miſſio decreta fuit. (*b*) Neque, voce tenus, publico profuit, ſed Scriptis quoque *nitidiſſimis*, ut ea nuncupat *Jo. Baptiſta Caſalius* ejus civis (*c*) & fere hæc ſunt: *Auſcultationes in Parvam Galeni Artem in tres Libros diſtributas: In Pr. Avicen. Part. & brev. Hippocrat. ſentent. Commentar. in Ariſtot. Lib. de Natur. Auſcultat. & Lib. de Anim. & Poſter. Analytic. Quæſtion. Miſcellan.*

His

(*a*) Ex Lib. 2. Doctor. in Arch. Piſ. Cur. pag. 205. terg.

(*b*) Rotul. d. An. in Tabul. Reform. Florent. & Lib. 4. Deliber. pag. 68.

(*c*) In Præfat. Auſcult. in Parv. Gal. Art. Fav. Edit. An. 1523.

His addere juvat, vel ex his, præcipue commemorare juvat plures *Epiſtolas*, quæ ipſum in Metaphyſicis etiam præcellentem arguunt, quibus *Jo. Pici Mirandulani* Opus *de Uno & Ente*, *Politiano* nuncupatum, amice carpſit, cui, teſte *Fabricio*, (*a*) *Picus ipſe* reſpondit; & eodem *Pico* immatura morte prærepto, Epiſtolarum commercio cum *Joanne Franciſco Pici*, ex fratre nepote, honeſtiſſime proſequuto, non deſtitit impugnare, prout ex Veneta, & Baſilienſi *Pici* Operum Collectione patet.

Quod innuerat *Iſrael Spachius*, *Andreas Tiraquellus*, *Conradus Geſnerus* &c. *Aphoriſmos Hippocratis carminibus* comprehendiſſe, & a quibuſdam recentioribus, qui de Ipſo mentionem, alias honorificam habuere, (*b*) adſertum minime reperitur, indubitato, ex *Marſilij Ficini* teſti-

(*a*) Lib. 9. Biblioth. Med. & Inf. Ætat. in Verb. Jo. Pic.

(*b*) In Nomencl. Script. Medic. Edit. Francf. An. 1591. Jo. Nicol. Paſqual. Alidoſ. Dot. Foraſt. pag. 7. prælaud. Marcheſ. d. l. Jo. Jacob. Manget Tom. 1. Merchl. in Lind. renov.

teſtimonio, conſtat *Lib.* 9. *Epiſt.* 14. ubi e paucis quos inveniri dolet Mecænatibus, unum *Aphoriſticis illis carminibus*, eidem pollicetur.

E converſo, cum non extare amplius certior factus ſim inſigne Monumentum, quod ei, *Decreto S. P. Q. F.* in Publico Palatio poſitum olim fuit; & apud me Mſ. extans multiplici nomine ſit mihi ſuſpectum, ideo ne criticos oculos offendam, lubens omitto.

§. 12. *Nicolaus Barianus*, *Johannis filius*, *Placentinus Ord. S. Auguſtini Congregationis Inſubricæ* Nobilis Alumnus, etſi multis a *Torellio* laudetur, & uberius a *Dominico Antonio Gandolfio*; (*a*) Ei tamen, ſimulque Univerſitati noſtræ, decus Philoſophicæ in ipſum collatæ Cathedræ ſub An. 1482. involuntario, uti reor, ſilentio adimitur. De honorifica ejuſdem Conductione, ex Autographo Florentinarum Reformationum, indubitatum eſt; unde conſtat *Reverendiſſimo ejuſdem Ordinis Generali* has lite-

(*a*) In Diſſert. Hiſtoric. de Scriptor. Auguſtinian. numer. Marg. 150.

literas datas (*a*) „ Reverendiſſime
„ Pater, Recommendatione præmiſ-
„ ſa &c. Ingenui mores & bona do-
„ ctrina Venerabilis Patris Magi-
„ ſtri *Nicolai Bariani* Regentis Gy-
„ mnaſij *S. Nicolai* Urbis Piſarum
„ nobis fama intellecta & cognita
„ effecerunt ut ipſum ad Lecturam
„ quandam Philoſophiæ in Studio
„ Piſano conduceremus, eumque
„ amemus & carum habeamus. Is
„ ſine veſtro ſuffragio, qua via vo-
„ luntati noſtræ ſatisfacere poſſit,
„ non videt niſi provideatur aliter,
„ rogatque ut pauca hæc Reveren-
„ diſſimæ Paternitati veſtræ ſcribe-
„ re non gravemur. Nos ejus gra-
„ tia ducti quod eum amamus: &
„ humanitate veſtra freti prope ſin-
„ gulari a vobis petimus atque ro-
„ gamus ut eumdem Mag. *Nico-*
„ *laum* confirmare dignemini in eo-
„ dem regimine, quo hactenus fuit.
&c. Plura Theologicis, atque Juris
Canonici luminibus refertiſſima ſcri-
pſit, quorum pleraque, ſub magnis
auſpiciis, typis mandata ſunt, vi-

(*a*) Lib. 3. Official. Stud. ſub die 13. Menſ. Maij 1482. pag. 15. ad Rever. P. Mag. de Cara &c.

delicet *Quadrageſimale Herculi Eſtenſi Ferrariæ Duci*, nuncupatum: *Libell. de Montibus Impietatis*, ſive contra Uſuras Menſarum, quæ *Montes Pietatis* vocantur, ad *Georgium Cardinalem Albanenſem*. Sarta quoque tecta ſervans jura *ſui Ordinis* adverſus *Minoritas*, Typis Cremonenſibus edidit *Libellum*, cui Titulus: *Cauſa Vitaliana*, ſeu *de Præcedentia Eremitarum*, & *Minorum*: quem approbatione magni nominis Juriſconſultorum, *Jaſonis*, *Decij*, *Felini* &c. & Sententia Delegati Judicis Apoſtolici communitum, *Cardinali Raphaeli Riario* dicatum voluit, nec ſine aliquo Victoriæ faſtu, circumtulit; *Commentaria in Logicam Pauli Veneti*: *Conciones in Feſtis Sanctorum*, quibus Titulus *Agiologus*; quas tamen, ex Silentio recentiſſimi Scriptoris *Fabricij*, qui ex *Poſſevinio*, *Elſio*, *Warthonio*, reliqua Opera recenſet, (*a*) vereor publicam lucem non adſpexiſſe.

§. 13. Semper & ubique præcipua Gymnaſiarcharum cura, ut bonis Dia-

(*a*) Jo. Albert. Lib. 13. Biblioth. Med. & Infim. Ætat. in verb. *Nicol.* pag. 319.

Dialecticis Academia abundaret: præſertim vero iis, qui propter arctiſſimam neceſſitudinem, qua cum Metaphyſicis eadem Studia copulantur, in Metaphyſicis excellerent. Tales procul dubio extiterunt *Fr. Angelus de Cataſtinis Carmelita*, de quo paulo inferius; & *Mag. Joannes*, alibi *Jo. Victorius Dominici de Prato*, *Ordinis Minorum Sancti Franciſci*, ineunte Anno 1482. ad *Logicam*, in Piſano Gymnaſio profitendam, promoti. (*a*) Quod ſpectat ad poſtremum hunc, ne qua ſuboriatur hinc æquivocatio, tempeſtive adnotandum; me non loqui de alio hujus ſeculi, & Inſtituti, *Joanne Pratenſi*, *Divi Bernardini* diſcipulo; (*b*) ex recenſione ſiquidem plurium Graduum, intra ſepta ſuæ Religionis, ab eo obtentorum, de quibus in Annalibus *Lucas Wadingus*, & opportuna animadverſione collationeque ætatis ad ipſos obeundos neceſſariæ;

(*a*) Memorial. in Arch. Flor. Reform. Volum. 3. Deliberat. Stud. ſub d. An. 1482. pag. 8.

(*b*) Tom. 12. Annal. Minor. ad An. 1449. num. 18. ſub 1450. num. 8. ſub 1455. num. 54. &c.

multoque magis ex remotiori tempore, quo noſter obiit, probe deprehenditur *Joannem*, de quo nunc ſermo, aliquanto ſeniorem fuiſſe; neque propterea *præſignato Anno*, in Publica hac noſtra Academia, Logices edocendæ tyrocinia jeciſſe, ut alia indicia prætermittam.

Sermo inpræſentiarum mihi eſt de *Johanne Dominici*, quem Magiſtralibus Inſignibus, Promotoribus *Mag. Baſilio & Mag. Gabriele de Piſis Ord. S. Auguſtini*, decoratum fuiſſe apparet; (*a*) & quem nonnulli *del Trombetto*, neſcio quonam ſibi lumine præeunte, nuncupant: (*b*) ex honeſta certe Familia, cum certo conſtet ex Authentica ipſius Epiſtola, quæ penes heredes *Raphaelis Capitanei Nicolai de Bonamicis* adſervatur, Illuſtrem, etiam tunc temporis, de *Bonamicis* Familiam cum ipſo aliquo ſanguinis nexu conjunctam. *Mag.* itaque *Joannes Dominici Pratenſis Ord. Minor.* ſub præd. An. 1482. Dialecticæ Cathedra; & biennio poſt, cum

(*a*) Lib. 2. Doctor. Archiep. Tabular. pag. 220.

(*b*) Mſ. Hiſtoric. Civit. Pratenſ. Flamin. Bonamic. cap. 36.

cum augmento Florenorum uſque ad *Sexaginta*, Extraordinaria Philoſophiæ potitus, qua Scriptis, qua Concionibus, qua obſequiis, cæpit ad ampliores Dignitates ſibi gradum ſtruere; cumque honeſtis hiſce artibus ſibi *Rothomagenſis Cardinalis* gratiam conciliaſſet, ejuſque Sacello, & Confeſſionibus audiendis fuerit admotus, (*a*) facilius potuit, per Reſignationem *Matthæi de Panichis Ord. Prædicat.* ad longe ſublimius *Apoſtolici Pœnitentiarii* munus evehi; (*b*) atque eo, pro dignitate, adminiſtrato, poſtmodum ſub *Julio II. R. P. Aquilanus Epiſcopus* inaugurari. (*c*) Extat in Archivo Pratenſis Communitatis Epiſtola, qua ipſi publico nomine gratulatum eſt hujus tenoris „ *Reverende in Chriſto Pater* „ &c. Allato nuper nuncio Te ad „ Epiſcopatus Aquilani faſtigium „ fuiſſe promotum, Univerſitas no-

(*a*) Diurn. Ser Quirici Jo. Baldinuc. in Archiv. Prat. ſub Anno 1502. pag. 7.

(*b*) Vading. Tom. 15. ſub An. 1495. num. 60.

(*c*) Ferd. Ughel. Tom. 1. noviſs. Edit. pag. 292.

„ ſtra multum lætata eſt ; ſperat
„ enim, nec minus optat Te ejuſ-
„ modi munus taliter obiturum quod
„ & tibi laudem paries , & majora
„ quandoque conſequere . Hortamur
„ tamen tuam Dignitatem , ob eam
„ quæ Conterraneo noſtro de Patria
„ optime merito debetur , benevo-
„ lentiam , ut illud in primis ca-
„ veat ne quid negligenter omittat,
„ quod ad boni Paſtoris officium
„ noverit pertinere : hoc etenim
„ pacto tua virtus & probitas co-
„ ram Deo & hominibus eluceſcet ;
„ & ſi ſuper pauca fidelis ſervus &
„ bonus extiteris , ſuper multa a
„ Domino conſtitutus ad lætiora
„ ejus paſcua deducere ; ſicque &
„ Tibi & tuis , & Patriæ, addi-
„ mus , etiam Eccleſiæ Dei, adju-
„ mento eſſe poteris & ornamento.
„ Ceterum quicquid pro iſta tua
„ Dignitate ſervanda augendaque va-
„ lemus, Tibi libenter, abſque ulla
„ exceptione , pollicemur : neque
„ enim ulla in re deerimus, quæ
„ tibi grata & in noſtra fuerit po-
„ teſtate. Interea Deum Optimum
„ Maximum indeſinenter orabimus,
„ ut Te nobis ſoſpitem diutiſſime
„ ſervet, ac iſtam tuam perpetuam
„ ſinat eſſe felicitatem. Bene valeat
„ Di-

„ Dignitas Tua in Domino, iterumque bene valeat. Dat. Prati XI. Kal. Apr. MDIV. (*a*) In hac excelſiori Sede locatus, cum illam (inquit in hac parte, veridicus prælaudat. *Ferd. Ab. Ughel.*, licet a vero devius in eo, quod *Monachum S. Benedicti* aſſeruerit) *cum illam, non ut Pontificem decebat, ſed ut Philoſophicæ Commentationi intentum hominem adminiſtraret*; & ob id fortaſſe ab Aulicis Neapolitani Viceregis acerrime divexaretur, Pratenſem Communitatem, quæ Ipſum de Publico alias benemerentem, ſolemni congratulatione, ut diximus, pro Epiſcopatu impetrato, pecuniæ largitione, propriiſque Inſignibus decorandum cenſuerat, in gravi hac ærumna Patronam amantiſſimam expertus eſt apud *Franciſcum Cardinalem Soderinium*, conſcripta in id negotii non minus honorifica Epiſtola, quæ in eodem Patrio Tabulario delitеſcit. (*b*) Vindicata licet ejuſdem probi doctique Præſulis fama,

(*a*) Diurn. Quiric. Baldinucci ab Anno 1502. uſque ad 1509. pag. 33. 120. & ſeq.

(*b*) Præalleg. Diurn. pag. 60.

ſeſe Epiſcopali illa cura abdicavit, *Thebanuſque Archiepiſcopus*, *a Leone X.* renunciatus, paulo poſt, nempe die 6. Mart. An. 1515. e vivis exceſſit. (*a*) Non deeſt ſuper Janua laterali *Eccleſiæ Pratenſis D. Franciſci*, quam rite conſecrarat, (*b*) infraſcriptum Monumentum, quod humanitati Summæ atque eruditioni debeo *Reverendiſ. Adrienſis Inquiſitoris Fr. Mag. Franciſci Benoffi*, dudum in Florentino Cœnobio *Vicarii*: ſicuti alia id genus, præſtat accepta referre ſtudio Ornatiſſimi Viri *Dominici Cajetani Novellucci Rogerii J. U. D. & Pratenſis Cathedralis illius Eccleſiæ Canonici*, qui ipſamet ex uberiori penu *Reverendiſ. Eruditiſſimique Collegæ ſui Innocentii Equitis Petri de Bonamicis* deſumpta, amice ſuppeditavit. Verba præallegatæ Inſcriptionis, a lapidariis quibuſdam mendis aliquatenus abſterſæ, hæc ſunt „ Reverendiſ. D. Fr. Joannes „ de Prato Ordinis Minorum Con„ vent. Doctor eximius, Illuſtriſ. „ D. Cardinalis Rothomagenſis Confeſſa-

(*a*) Ughel. ibid. Diurn. ab An. 1515. ibid. pag. 134.

(*b*) Præcit. Diurn. pag. 122.

„ feſſarius, Julijque Secundi, pri-
„ mum Aquilanus Epiſcopus, dein-
„ de ſummo cum honore Archiepi-
„ ſcopus Thebanus efficitur. Anno
„ vero Domini MDVII. Die XXXI.
„ Decembris Pratum veniens hono-
„ ribus & muneribus a ſuis Civibus
„ receptus eſt. Interim annuente
„ Diæceſano Antiſtite magna Pra-
„ tenſium lætitia Eccleſiam hanc
„ MDVIII. Die XV. Januarij Do-
„ minica Secunda poſt Epiphaniam
„ conſecravit, ſolita Indulgentia
„ ditavit.

§. 14. A prælaudatis duobus Dialecticæ Præceptoribus, ad alium, eodem anno 1482. conductum, perfunctorie accedo, ad *Mag.* videlicet *Antonium de Caſtilione*, ut communiter in Academicis Schedis deſignatur. [*a*] E penitioribus monumentis, e Familia *de Acquiſtis*, in Oppido Caſtilionis Florentini quondam conſpicua, progenitum fuiſſe deprehendo, *Nicolai* filium; & cum annuo tantum Honorario *Florenorum Viginti* operam locaſſe [*b*]: quibus certe minime po-

(*a*) Mem. Reformat. in Ser. Logic. præd. An. 1482.

(*b*) Lib. 3. Deliberat. Stud. pag. 82.

tuit Poſteritati lautum illud patrimonium parare, quod *ab Acquiſto M. Laurentii de Acquiſtis*, partim in Commendam verſum, [*a*] Æquitis *D. Stephani* ſuæ primum Familiæ, aliorumque ſubinde vocatorum, Caſtrenſe Peculium fuit; nunc vero, iis omnibus extinctis, ſaltuarium effectum, Æquiti, juxta deſcriptionem, in eo Catalogo, ſeniori, quaſi præmium diuturnioris famulatus, ex ordine datur; & hoc po[illegible]ſſimum tempore, quo hæc ſcri[illegible] Æquitis *Rodulphi Venturi Patricii Florentini* remuneratoria ſtips eſt; partim vero a juniore *Nicolao Joſephi de Acquiſtis* Medico ac Poeta non inculto, ut ejus opera teſtantur, in pios uſus erogatum ſubſtantias auget *Clericorum Regularium Scholarum Piarum, qui Joſephi Calaſantii, in Beatorum Album* nuperrime relati, non degeneres filii, ac Lojolitarum [*b*] felices æmulatores, accolarum illius terræ ingenia excolunt, & animarum

(*a*) Tabular. Piſan. Relig. D. S. An. 1579.

(*b*) Videſ. Leopold. Melior. in Flor. Illuſtrat. pag. 196. & Ammirat. in Orat. Funebr. Phil. II. Hiſp. Reg.

rum ſaluti proſpiciunt. Si loci ac temporis hujus eſſet, poſſet hic a me exhiberi, e Liburno data, Epiſtola, qua Sereniſ. *Ferdinandus Magnus etruriæ Dux*, ſub die 8. Martii 1603. ſeſe maxime gratum Præ-laud. *Nicolao* Philoſophiæ ac Medicinæ Doctori profitetur, ob Poeticas Elucubrationes ſibi, Regiæ Conjugi, atque Hæreditario Principi nuncupatas; una cum piiſſimo Teſtamento, quod expers filiorum ex *Fauſtina de Lambardis* nobili Arretina Uxore, condidit, octo circiter Annos antequam, menſe Novembrio An. 1630. poſtremum vitæ tempus abſolveret. [*a*]

§. 15. E Florentina; & ex longe diverſa *de Bonis* Cortonenſi Familia, non unus, neque in una duntaxat Facultate, Univerſitatis Noſtræ numerum & gloriam auxit. Ad præſentem Seriem ſpectat, ex hac Florentina Familia, quæ & ipſa bipartita fuit, [*b*] *Bonus Juliani* Filius,

(*a*) Protoc. Teſtam. Ser. Nicolai Raphaelis de Beccis Caſtilion. pag. 90. t. &c.

(*b*) Franc. Segalon. in Mſ. Prior Flor. in Palat. Vet. M. E. D.

lius, *Bernardi* Frater [*a*] ad Cæſareum primum An. 1483. conductus cum *Floren.* 30. deinde vero ad Canonicum Jus explicandum ſub An. 1490. cum *Floren.* 100. & cum 250. An. 1499. [*b*] Collega ſibi dato *Carolo Antenoreo*, de quo, opportuniori loco. Avitum *Boni* decus repetere præſertim licet ab altero *Bono* Joannis filio, Prioris Dignitate perſuncto ſub An. 1444. qui a *Renato*, ut quibuſdam placet; ſeu potius a *Renerio*, e Regia Francorum Stirpe, alias, [ut legitur penes *Boninſegnium*, & *Ammir.*] Florentinis propitio, *Tria illa Lilia* dono accepit, quæ in Familiari Stemmate, collum *ſalientis Albi Leonis* ornant, [*c*] prout Florentiæ adhuc cernitur in Palatio antiquæ habitationis, ſito in Parochia *S. Leonis* prope Synagogam, & in Eccleſia *S. Mariæ Majoris*, in Baſe Columnarum Aræ, quæ *D.* *Fran-*

(*a*) Cataſt. Decim. in Arch. Mont. Com. Quart. S. Jo. Drac. p. 200.

(*b*) Memor. Reform. ſub d. An. 1483. & 1490. & Mont. Commun. 1499.

(*c*) Vinc. Coronel. T. 6. Bibl. Univerſ. in V. *Boni*: Ferd. Melior. d. l. pag. 425.

Franciſco Sacra, nunc vulgo *D. Joſephi* nuncupatur; neque minus perſſpicue in Catalogo Senatorum Florentinorum jampridem a *Ferdinando Leopoldo Meliore* edito; aucto poſtmodum a *Joſepho Mannio* Patre ſuperſtitis *Dominici*, cui plura debemus. Tenuioribus ab initio ſubſtantiis uſum patet ex præallegato Libro Cenſus, qui in Archivo Montis Communis adſervatur, ubi ad evitandum excedens Publicarum Præſtationum onus, reliquis Domeſticis indigentiis Librorum emendorum neceſſitatem, pro ſua ſtudioſi hominis conditione, annumerat. [a] Cum hæc cauſſetur ſub An. 1480. Juvenis Viginti ſex annorum, hinc ejus nativitatis Annus, nempe 1454. elucet; collatoque monumento ſuæ Conductionis ſub An. ſupra ſignato, conſtat nondum ætatem triginta annorum agentem, Togatæ huic Militiæ nomen dediſſe: in quo munere obeundo, auctum decore Ordinariæ Cathedræ, & ſenſim, Fautore in primis *Laurentio Mediceo Urbini Duce*, *Flo-*

(a) Lib. Drag. Quart. S. Jo. pag. 200.

Floren. 400. Honorario, [*a*] ſaltem uſque ad Annum 1519. cum laude perſtitiſſe, compertum æque luculenter habemus; [*b*] poſtremam vero ſenectam in Urbanis Officiis exegiſſe; cumque in Solemni Deliberatione, num averruncandum Pontificium Bellum foret, tutiorem hanc partem amplexatus fuerit, nimiæ bonitatis a *Varchio* videtur inſimulari. [*c*]

§. 16. Addidit Carmelo Gymnaſioque noſtro gloriam non exiguam *Fr. Angelus Florentinus*, quem aliunde, quam ex Academiæ noſtræ monumentis, *Andreæ de Cataſtinis* filium fuiſſe deprehendimus. [*d*] Vir hic omnium conſenſu, qui de eo ſcripſerunt, licet abſque hac Piſani Profeſſoris denominatione, in Theologicis, Phyſicis, Geometricis, Græciſque etiam literis apprime verſatus

(*a*) Rotul. An. 1517. in Arch. Reform. Florent.

(*b*) Ibid. ſub præd. An. 1519.

(*c*) Lib. X. Hiſtor. Florentin.

(*d*) Raph. Bad. in Conſtit. & Decret. Sacr. Flor. Univ. pag. 74. Catal. Provinc. ab An. 1331. &c. in Arch. Flor. Carmelit. &c.

tus perhibetur. Theologicæ peritiæ ſpecimen non vulgare, vel in ipſa juventute, præbuit: quamobrem Bacchalaureus primo deſignatus Idibus Decembris An. 1481. Piſanorum Theologorum Collegio fuit adſcriptus, [*a*] ac paulo poſt digniſſimus eſt habitus, qui Publicam in Athenæo noſtro Cathedram moderaretur; cumque eo tempore, nullus ad hunc Gradum opportunior aditus pateret, *Dialecticæ Profeſſor*, cum annuo ſtipendio Floren. 15. eſt renunciatus An. 1483. [*b*] Hujuſcemodi tricarum cito pertæſus ad prædilectum Polemicæ Theologiæ Studium denuo rediit. Interim in Univerſitatem Florentinam, honoris ergo, receptus, [*c*] & *Decanatus* munere cohoneſtatus, oppugnandam cenſuit hæreticam pravitatem ſcriptis, quæ Romæ ac Venetiis edita com-

(*a*) Mſ. Pergam. in Tabular. Piſ. Carmelit. cui tit. Capit. & Conſtit. Colleg. Theolog. Alm. Univerſ. Piſ. ſub d. An. 1481.

(*b*) Memor. in Offic. Reform. Florent. ſub d. An. 1483.

(*c*) Joſ. Cerrach. in Faſt. Theolog. ad An. 1484. & 98.

commemorantur. [*a*] Ob intellectuales autem moraleſque animi dotes; præſertim vero Prudentiam ſingularem; bis, Anno videlicet 1504. & 1525. totius etruſcæ Provinciæ gubernio fuit admotus; atque intermedio tempore, etiam *Definitoris Generalis* dignitate potitus: [*b*] quibus omnibus cum laude peractis, Florentiæ humanæ vitæ curſum explevit Nonis Sextilibus An. 1529. [*c*]

§. 17. *De Joanne Cerretanio* ex ordine acturis, occurrendum æquivocationi legentium eſt, tempeſtive adnotando nos hic non eſſe loquuturos de *Jo: Cerretanio* Sacræ Romanæ Rotæ Auditore; Nucerino etiam Epiſcopo, de quo *Ferd. Abbas Ughel.* & *Jo: Bapt. Cantalmagius*; [*d*] neque *de Jo*: altero *Cerretanio*, qui circa hæc eadem tempora, *Juliano Cardinali Roboreo Sixti IV.* nepoti,

(*a*) Ex prælaud. Bad. Cerrach. ibid. & Negrius de Scriptor. Flor.

(*b*) D. Catal. Provincial. excerpt. ex Cod. Cænob. ſign. *A*.

(*c*) Præalleg. Auct. ibid.

(*d*) Ugh. J. S. Tom. 1. in Ser. Nucerin. Cantalm. in Sintaxi Audit. Epiſcop. pag. 16.

poti, antequam Pontifex renunciaretur, a conſiliis fuit, ut *Matthias Palmerius* memoriæ prodidit. [*a*] Uterque procul dubio, digniſſimus extitiſſet, qui excolendæ Juventuti in hac Sapientiæ Sede collocaretur; at neuter hic profeſſus; & prior patria Senenſis fuit; [*b*] alter Interamnenſis; [*c*] noſter vero patria *Florentinus*, ex *Adoarda de Albertis*, *Nicolai* jampridem Reipublicæ Vexilliferi filius [*d*]. Promotore *Philippo Decio Mediolanenſi*, ſub die 15. Aprilis An. 1483. more Florentinorum, Laurea Juris in hoc eodem Lyceo fuit inſignitus; [*e*] & proxime ſubſequenti anno, cum *Floren.* 60. ad Ordinariam Sacrorum Canonum Cathedram evectus. [*f*] Non diu

(*a*) De tempor. ſub An. 1476.

(*b*) Memor. Hiſtoric. Senenſ. Fr. Maſet. pag. 67. & in ſupplem. pag. 33.

(*c*) Prælaud. Matthias Palmer. ibid.

(*d*) Arb. Hiſtoric. Famil. ap. Senat. Philip. Cerret. Franc. Junctin. in Catal. Vexillif. Florent. &c.

(*e*) Lib. 2. Doctor. in Archiep. Piſ. Cur. pag. 175.

(*f*) Mem. Reform. Florent. ſub Ser. Canon. d. An. 1484.

diu tamen hic conſtitiſſe, ex brevi quadam notula eruditis. *Hieron. de Summaria Generalis Proviſoris* edocemur, [*a*] in Florentinam Urbem fortaſſe revocatum, ut Familiæ propagandæ operam daret, Reique Publicæ inſerviret: quorum utrumque ab eo præſtitum comperimus; Uxorem ſiquidem duxit *Alexandram Altovitam*, & Priorum Libertatis numerum explevit An. 1506. [*b*] Ex illuſtri eadem Cognatione ac Patria, ſicuti non defuerant anteactis temporibus, qui ſplendidis Patriæ muneribus defuncti fuerant, ut ex *Ammirato*, atque *Gamurrinio* accepimus; [*c*] ita nec poſtea defuerunt, qui litterarum laude floruere. Unum interim Huic noſtro, ætate proximiorem, obiter commemorare juvat *Bartholomæum* videlicet *Pauli* filium, Auctorem *Dialogi ſuper Propheticis Savonarolæ Concionibus*, [*d*] & eximium Hiſtoriarum Scriptorem,

(*a*) In Miſcel. ſub An. 1486.

(*b*) Arb. præd. Hiſtoric. Cognat. Franc. Segalon. ibid.

(*c*) Am. tom. 1. Hiſtor. Florent. pag. 82. 173. 365. Gamur. T. 2. G. pag. 92.

(*d*) Mſ. Riccard. Biblioth. p. 120.

rem, [*a*] quas hactenus ineditas, ſe publici juris facturum Vir acerrimi judicii vaſtiſſimæque eruditionis *Johannes Lamius* recepit. [*b*]

§. 18. *Sebaſtianus Ferrarienſis*, magis honoris gratia, quam emolumenti, quod *Florenos* 40. non exceſſit, pro Jure Canonico Piſis, extra ordinem, enucleando, ſub Anno 1484. Florentinis operam locavit ſuam. [*c*] Hunc de Familia *Zilberti* fuiſſe conjicio; ac propterea eundem ipſum, quem in Rotulo Ferrarienſium Profeſſorum recenſet, quamvis abſque Elogio, Clar. *Ferrant. Borſet.* [*d*] In Academiam deinde noſtram conveniſſe veroſimillimum eſt impulſu Celeberrimi Interpretis *Felini*, qui licet ex hiſce Tentoriis, ob prænarratas cauſſas, abeundum ſibi animo volutaret, (*a*) non

(*a*) Georg. Viv. Marcheſ. in Muſ. Honor. P. 1. Negr. de Script. Flor. &c.

(*b*) In Catal. Oper. Edend. edit. a Sebaſt. Brazzin. pag. 61. &c.

(*c*) In Memor. Reformat. Florentin. in Ser. Canoniſt. d. Anno 1484.

(*d*) Part. 11. Lib. 1. Ferrarienſ. Gymnaſ. Hiſtor. pag. 74.

[*a*] non deſtitit unquam illuſtrem hunc Cœtum præcipua quadam benevolentia proſequi. Niſi potius id acceptum referre velimus nunquam intermiſſæ curæ ac ſollicitudini duorum præſtantiſſimorum in Republica noſtra Virorum, *Laurentii* nimirum *Medicis* & *Bongiannis Gianfigliazzi*, qui jampridem apud *Herculem I. Ferrariæ Ducem*, Legati Munus obierant; neque mediocrem, ex mandato, operam impenderant, ut ad has Piſanas Cathedras inde diducerent [*b*] *Franciſcum Bencium Senenſem*, *Hieronymum Caſtellium Bononienſem* : quos tanquam Philoſophorum Medicorumque Italicorum ſua ætate facile principes *Chriſtophorus Landinius*, *Johannes Manardus*, ac *Tit. Veſpaſ. Strozza* ſummis ad Cœlum laudibus extollunt, [*c*] & fru-

(*a*) Videſ. VII. ex noſtris Opuſc. §. 1.

(*b*) Lib. 3. Rer. Stud. in d. Arch. Reformat. pag. 18. & 32.

(*c*) Landin. in Præfat. Dialog. de Anim. ad Hercul. Borſ. ap. erudit. Angel. Bandin. in Specim. Literat. Florent. §. 14. pag. 143. Manard. lib. 2. Epiſt. Epiſt. Medicinal. lib. 2. Stroz. lib. 2. 4. & 5. in Collect. Poet. Italic. &c.

fruſtra Gymnaſium noſtrum expetivit; voti compos duntaxat effectum, per breviſſimum temporis intervallum *Joannis Baptiſtæ de Caſtello* ipſius *Hieronymi* filii, Canonici pariter & Profeſſoris Ferrarienſis [*a*] cum Floren. 70. ad Pontificias Leges explicandas evocati, ut eadem Acta noſtra, quamvis jejune, teſtantur. [*b*]

§. 19. Serò nobis in hac nona Serie, æquam Opuſculi molem jam ſuperexcedente, obviam fiunt *Simon de Mutina*, ac *Bulgarinus Senenſis*, ambo Juris Civilis Interpretes hujus ætatis. Sine piaculo tamen præterire non licet poſtremum hunc, quem ſimul Avita ſanguinis claritas a *Bulgarino Ildobrandini*, uno ex Conſulibus Senenſis Urbis, uſque deducta, (*c*) & Poſterorum virtus, qua Literis, qua Armis præclariſſimorum, *Gherj* potiſſimum, & *Beliſarii Bulgarini* Scriptis in *Dantem* celeberri-

(*a*) Prælaud. Borſet. ibid. pag. 76.

(*b*) D. Volum. 3. Arch. Reformat. pag. 82.

(*c*) Celſ. Cittadin. Signoriſt. inedit. ap. Clariſ. q. Ubert. Benvoglient. &c.

berrimi, cohoneſtant. (*a*) Ortus hic Noſter ex *Gherio Bolgarinio*, & *Bartholomæa Campiona*, prout ex Patriis Monumentis tutius eruitur, An. Salut. 1441. (*b*) liberaliterque educatus, in ea Facultate, quæ magis ad nos pertinet, Juriſconſultiſſimum Virum *Alexandrum Tartagnium Imolenſem* Præceptorem habuit; Studiorum vero Collegam æmulatoremque *Bartholomæum Soccinium*, æquiſſimum deinde laudatorem, ut patet ex his præcipue verbis: *Bulgarinum Bartholum futurum, niſi is eum ætate præveniſſet*. (*c*) Ad Magiſterij dignitatem evecto, non defuerunt Eidem quoque nobiles diſcipuli, quos oſtentaret: inter quos, Pontificio Fiſco poſtea Præfectus, *Philippus Nicolai Sergardi Senenſis*, inſigni Epitaphio in Eccleſia *D. Franciſci* decoratus; (*d*) *Hercules Taſſonius*, & *Simon Ca-*
ſtro-

[*a*] Vocabul. Academic. Cruſcan. &c.

[*b*] Iſidor. Ugurgier. Azzolin. Pomp. Senenſ. in Claſ. J. C. &c.

[*c*] Guid. Pancirol. de Clar. cap. 134. Borſet. Hiſtor. Gymnaſ. Ferrar. P. 2. Lib. 1. ſub An. 1477.

[*d*] Id Ugurg. P. 1. Tit. 9. num. Marg. 22.

ſtrovitreus Mutinenſes ; *Sigiſmundus Equitis Jacobi Zoboli Regienſis* ; *Bernardus Stephani Bernardi Lucenſis* ; quique ad hanc ipſam ſeriem ſpectat *Carolus Corradini de Ruinis Regienſis*, omnes ac ſinguli, Eo Compromotore, ad Doctorum Hominum Inſignia Piſis evecti. [*a*] Ex Gymnaſiis Italicæ Regionis, quæ docendo circumivit, procul dubio, Patria Academia fuit, Ferrarienſis, atque hæc Noſtra ſub An. 1484. ad edocendam Civilem Juriſprudentiam cum Annuo Emolumento *Floren.* 450. invitatus. [*b*] Addit *Ugurg. Patavinum* & *Bononienſe Lyceum*, cui *Hieronymus Giglius* quoque ſubſcribit : [*c*] verum de Patavino nobis ex *Thomaſinio* & *Papadopolio* non liquet. [*d*] Conſtabit fortaſſis ex Eruditiſſimi *Facciolati* ſupplementis, quæ avidiſſime expectantur. Ad Ferrarienſem Urbem quod attinet, notus opinione

---

[*a*] Lib. 2. Doct. Archiep. Piſ. Cur. pag. 209. 218. 220. 221. &c.

[*b*] D. Memor. Reform. in Ser. Profeſ. I. Civ.

[*c*] In Diar. Senenſ. ſub die 19. Maij num. Marg. 83.

[*d*] In Hiſtor. Patav. Gymnaſ.

ne Scientiæ, quam ſibi publice prælegendo comparaverat; notus fama Prudentiæ atque integritatis, qua pro Senenſi Republica, ad Venetam ac Florentinam Rempublicam; ad *Franciſcum Sfortiam* Mediolanenſium Ducem; ad *Maximilianum Imperatorem*, honorificas Legationes obeundo, inclaruerat, eo ab *Hercule I.* revocatus ad Aulicam Juſtitiæ Conſultoris Dignitatem ſuſtinendam, morte præventus, Ei minime potuit obſecundare: contigit autem *Bulgarini* mors An. ut longe probabilius adnotatur, 1497. (*a*) relictis in Jure diverſis elucubrationibus, quæ in ampla Collectione Repetentium in Jure Civili editæ ſunt, veluti ſuper *Rubr. & L.* 1. *Dig. Soluto Matrimonio* &c. *In Rubr. Dig. de V. O.* In *L. Petens* 27. *Cod. de Pactis*; In *L.* 1. *Cod. Qui admitti ad bon. poſſeſſionem*; &c. (*b*) *Diſſertationem* quoque

[*a*] D. Ugurgier. Loc. præalleg.

[*b*] In Repetent. Civil. Tom. 3. 6. 7. 8. Burcard. Gothelf. Struv. Biblioth. Jur. Cap. 6. §. 97. Auguſt. Fontan. p. 1. Bibl. Legal. Jo. Albert. Fabric. Med. & infim. ætat. Lib. 2. Conrad. Geſner. in Bibliot. &c.

que ſcripſit in *Materia Teſtamentorum*; & ad Cauſæ opportunitatem, una cum *Lancellotto*, *Decio*, *Bartholomæo Soccino*, *& Franciſco Arretino*, *Petro Philippo Corneo*, pro Florentinis a *S. P. Sixto IV.* Cenſuris illaqueatis nonnulla exaravit, quæ, quantum nobis in comperto eſt, Publicam Præli lucem non adſpexere. (*a*)

§. 20. *Haud facile emergunt*, *quorum virtutibus obſtat*, *Res anguſta domi*, non minus, eleganter, quam vere cecinit **Satyricus** Vates. E paucis commemorandus hic opportune venit, nempe *Carolus*, ex conſpicua quidem *Regii Lepidi*, ſed ob *Corradini* Patris prodigalitatem, paupere tunc temporis de *Ruinis* Familia, An. circiter 1458. hac lucis uſuræ redditus. (*b*) Alienis ſumptibus *Bononiæ* condoceſactus, (*c*). & pretio prædioli, quod ſibi reliquum de

 Pa-

[*a*] Scip. Ammir. Hiſtor. Florent. Lib. 24. ad 1478.

[*b*] Lib. Focor. & Bucc. Civit. Regienſ. ſub An. 1458. in Mſ. Clariſ. Comit. Achil. Criſpi relat.

[*c*] Guid. Pancir. de Clar. Lib. 2. Cap. 143. num. Marg. 225.

Paterna ſubſtantia, jampridem lauta, fuerat, in recipiendis *Piſis*, Promotore *Bulgarino Senenſi*, Doctorum Inſignibus erogato; (*a*) paulo poſt in hac eadem celebri Academia, ut ex Scholaſticis Monumentis edocemur, ſub An. 1484. Piſano autem 1485. extraordinarii Profeſſoris, in Civili Facultate, munus obiit. (*b*) Poſt hæc Piſanæ Cathedræ tyrocinia poſita, de nova Ipſius ad eaſdem Piſanas exedras, Reconductione, curante potiſſimum *Felino*, ſub An. 1489. fruſtra actum; (*c*) quamobrem *Ferrariam* accerſitus in ea Paleſtra, vividi contentioſique ingenii ſui ſpecimina non vulgaria præbuit, *Corteſii Mutinenſis* Collega, ſi non memoriæ firmitate, Doctrina cer-

[*a*] Lib. 2. Doctor. in Arch. Archiep. pag. 218.

[*b*] Ser. Profeſ. Civil. in Tabular. Reformat. ſub An. 1484. Jo. Vincent. Copp. in Addit. Annal. Gemin. pag. 394. Vid. Text. in L. Qui in aliena 6. §. interdum Dig. de Adq. vel Omit. Hered.

[*c*] Ex Præd. Monum Reform. Florent. ad An. 1489. pag. 44.

certe eo præſtantior. (*a*) *Papiam* deinde profectus, majori ſemper ſcientiæ laude inclaruit, ibique primo famigeratum Textum in *§. Cato L.* 4. *Dig. de Verb. Oblig.* ſolemniter enucleavit. (*b*) *Patavino* quoque Athenæo decus addidit non mediocre An. 1502. (*c*) extra Ordinem ab initio, mox expleto Primæ ſuæ Conductionis curriculo, Ordinarius Profeſſor cum Stipendio *Floren. Octingentorum* conſtitutus. (*d*) Ibidem, inter ceteros, *Franciſcum Guicciardinium* celeberrimum Hiſtoricum inſtituit; nec ſibi facile ſivit a *Jaſone* aliiſque præſtantioribus palmam eripi. (*e*) Nullibi vero tam

[*a*] Pancir. ibid. & Borſet. P. 1. Lib. 2. & P. 2. Lib. 1. pag. 78.

[*b*] In Volum. VI. Repet. Civil. Edit. Lugdun. An. 1553. pag. 288.

[*c*] Nicol. Papadop. Gymnaſ. Patav. Lib. 3. Sect. 1. Cap. 17. d. Vol. Repet. 6. pag. 278.

[*d*] Jacob. Thomaſin. de Gymnaſ. Patav. Cap. 12. An. 1506.

[*e*] Remig. Florent. in Vit. Fran. Guicciard. Jo. Imperial. in Muſ. Hiſtoric. pag. 98. Panc. in Elog. Ruin.

ſingulariter eminuit, quam Bononiæ, ab An. 1514. in Sexdecim ſequentes, (*a*) ubi, ſeu profligatos Antagoniſtas, aut ſaltem ad invidiam uſque exercitos; ſive numerum auditorum, aliquando ſexcentorum: inter quos præſtantiſſimi *Andreas Alciatus*, *Ludovicus Catus*, *March. Bonavid. Mantua*, *Hugo Boncompagnius*, ſub nomine *Gregorii XIII. Pontifex* deinde *Maximus*; (*b*) vel denique Civitatis Bononienſis Jura, & perampla Stipendia ad Summam 1200. Aureorum, ei ſubinde adaucta reſpicias, in ipſo præſtantiam illam deprehendes, quam prædicamus; & quam celebrat ejuſdem q. Auditor *Franciſcus Niconitius* Romanus Juriſconſultus; (*c*) ſummiſque ad Cœlum uſque laudibus extollit *Ludovic. Cœl. Rhodiginus in Epiſtola Nuncupatoria XVI. Lib. Lectionum Antiquarum*, quem ipſimet *Ruino* dicatum vo-

[*a*] Jo. Nicol. Paſq. Alidoſ. in Append. 2. pag. 20.

[*b*] Id. Mant. in Epit. num. 70. Hieronym. Ghilin. in Theatr. Illuſtr. viror. in Verb. Carol. Ruin.

[*c*] In Rubr. de Nov. Oper. Nunciat. Volum. 5. Repetent. Civil.

voluit; (*a*) & rudibus licet Carminibus, apud ipſum *Alidoſium*, Eques *Caſius* concelebrat, quæ conſulto prætermittuntur. Sors ipſa, quæ, ſub initium ætatis, tanquam injuſta quædam noverca *Carolo* fuerat infeſta, poſtea veluti benigna mater arriſit; Patrui ſiquidem hereditatem nactus, deinde primæ Uxoris ſuæ *Urſiniæ Pincariæ Ferrarienſis*, ex præmortui Fratris hereditate locupletis, de Octuaginta Millibus Aureorum potuit Teſtamento diſponere. (*b*) Tam lauto Patrimonio, ſuperſtes, ex *Antonio* filio, alter *Carolus* Eques ac Senator Bononienſis, qui Theoretica Ejus Opera prælaudato *Gregorio* XIII. dicavit, (*c*) ad Patriæ ſuæ commodum & ornamentum frui potuit. Et utinam ſuſceptus ex prima Conjuge præd. *Antonius* diutiſſime potuiſſet uti! At ille Genitoris obitum, communiter Anno 1530. ſignatum, ſi non ante-

[*a*] Jacob. Guarin. in Animadverſ. ad Hiſtor. Gymnaſ. Ferrar. pag. 25.

[*b*] Præcit. Panciroi. & Papadop. ibid.

[*c*] Edit. Bonon. An. 1575.

vertit, ut M. *Mantuæ & Ghilinio* perſuaſum eſt, vix tamen integro novennio, ſuperexceſſit, in Bononienſi Templo, non *D. Franciſci*, ut perperam idem *Mantua* ſcribit, ſed *S. Johannis in Monte* tumulatus, ut perbrevis hæc Inſcriptio teſtatum facit: *Carolus Ruinus* MDXXX. *Antonius Filius* MDXXXIX. [a] Soſpes *Ruinius*, ex pluribus ſuis Operibus, *Commentaria* duntaxat *in Tit. de Legatis* publici juris, per ſeipſum, fecit; reliqua autem amantiſſimi Ejuſdem Auditores ac Poſteri edenda curarunt, videlicet *in Primam & Secundam Dig. Novi, & Infortiati Partem; & Quinque Conſiliorum Volumina*, [b] ubi quantum in Primis ſubtilis, & accuratus; tantumdem in Secundis audax, varius, magiſque pecuniæ, quam veritati mancipatus, aliquibus videtur. Ab hac nota, & ſi qua alia injuſte laboret, pro eximia, qua Cives ſuos com-

[a] Præd. Auct. & Ferrant. Borſet. loc. alleg.

[b] Auguſt. Font. in Biblioth. Legal. P. 2. Jo. Bapt. Zilet. præt. Ghilin. & Panc. ex 5. Repet. Civil. Volum.

complectitur benevolentia *Eruditiſſimus Achilles Comes Criſpius* vindicabit, ut ſperare licet, in ea quam Typis maturat *Regienſium Illuſtrium Hiſtoria*, prout dudum accepi ex humaniſſimis Literis *Reverendiſ. in Chriſto Patris, Ordinis Scholarum Piarum Exgeneralis, diſertiſſimique Concionatoris Jo. Joſephi Cremonæ* pariter *Regienſis*, de quo, data hic opportunitate, nefas ſit omittere quod innumeris in dies beneficiis auctum me eſſe voluit, ex quo, inter Ephebos adhuc agentem, in Florentino Collegio, in Rethoricis Poeticiſque Inſtitutionibus, ſubſeciviſque temporibus, etiam in Geographicis, Gallicæque Linguæ rudimentis, una cum cultiori Florentina Juventute, me quoque inſtituendum humaniſſime ſuſcepit. Illud interim circa ipſius *Ruini* Opera adnotaſſe contentus, quod, ſecluſa ſuperiori nota, *Eminentiſ. de Luca* adeo probatur, ut ei, poſt *Baldum*, primum locum in Conſulendo, non admodum ægre decernat. [*a*]

[*a*] Theatr. Verit. & Juſt. in Tract. de Succeſ. ab Inteſt. Diſc. 2. num. 7.

§. 21. *Franciſcus* quoque *Ninius*, alias *Serninius Senenſis*, [*a*] ſub An. 1484. in hanc noſtram Univerſitatem, cum lauto Stipendio Floren. 650. [*b*] hereditariam illam medicam peritiam invexit, qua, ex Agnatione ſua, ſenior *Franciſcus*, & *Johannes* maxime præſtiterunt. Ille, intra Patriæ, atque Academiæ ſuæ ſepta, ad communem diſcentium atque ægrotantium utilitatem; Hic vero extra Patriam etiam Sedem, Typhernum primum, deinde Anconam, poſtremo tandem Romam, duorum Romanorum Antiſtitum, *Calliſti* videlicet III. ejuſdemque ſucceſſoris *Pii* II. Archiater accerſitus. [*c*]. De *Franciſci* hujus junioris laudibus adhuc Gymnaſia noſtra perſo-

(*a*) Geor. Vivian. Marcheſ. in Muſ. Honor. P. 2. pag. 447. Iſidor. Ugurger. Pomp. Sen. P. I. pag. 144. Hieron. Gil. in Diar. in Catal. Famil.

(*b*) Memor. Reform. Florent. in Ser. Medic.

(*c*) Prælaud. Ugurg. P. 1. Tit. 17. num. Marg. 14. & 15. & Marcheſ. loc. ſuper. alleg.

ſonant; eumdemque jure meritoque in ſuis Faſtis, quos Pompas Senenſes, Italico ſermone inſcripſit, diſtincto Elogio recenſet, Collega & ipſe quondam noſter, *Fr. Iſidor. Ugurgier. Azzolinius*: [*a*] niſi quod obtruſum nolumus pro *Franciſco* noſtro, alioquin meritiſſimo, Poeticum illud, quod ibi profert, Epitaphium a *Nicolao Dato* celeberrimi *Auguſtini Dati* non degenere Filio, [*b*] tamquam *Juniori huic Ninio* appoſitum, ibi....

Franciſcum lachrimoſa tegunt hæc marmora Ninum,
Senenſem Patria, conſpicuum meritis &c.

At rem Chronologice perpendendo, in Senioris laudem conſcriptum cenſemus; cum enim de eo *Franciſco Ninio* loquatur, qui ab eo die [qualiſcumque demum fuerit ejus Poeticæ Scriptionis dies] jam ſexaginta & quinque annos, e vivis exceſſerat, ibi.....

[*a*] Ibid. num. 16.

[*b*] Jo. Nicol. Bandiera Ord. Sacerd. de Auguſtino Dato Lib. 1. pag. 81. & ſeq.

Condita jam quinta eſt, & Sexageſima Meſſis,
Hinc cum terrena Morte ſolutus abit &c.

Non potuit, ut nemo ſanæ mentis non videt, *Nicolaus Datus*, qui evidenter, ex iiſdem *Familiæ Datæ* monumentis, natus apparet *An. Milleſimo, Quadringenteſimo Quinquageſimo Septimo*; mortuus vero *Anno Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimo Nono*, Collegæ noſtro Coævo ſuo, tunc temporis, nempe *Anno Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Quarto*, & aliquot ſequentibus, Piſis Publice profitenti; defuncto etiam, ut perhibetur, poſt ipſum, videlicet *Anno Milleſimo Quingenteſimo Tertio*, [a] Sepulchrale Elogium apponere cum prædicta temporis circumſcriptione.....

Condita jam quinta eſt, & Sexageſima Meſſis
Hinc cum terrena morte ſolutus abit &c.

Contra vero nihil implicat *Senioris Nini* cineres, *Anno circiter Milleſimo Quadringenteſimo Vigeſimo Nono* vita fun-

[a] Ex Sigiſm. Titij Hiſtor. Senenſ. ibid. relata ad d. An. 1503.

functi, prælaudato Epigrammate decoraſſe; quamobrem corrigendus in hoc videtur eruditus alioquin, noſter *Ugurgierius*.

§. Fin. De more plures, intermedio hoc tempore, pro ſuo quiſque munere Academiæ noſtræ clavo ſagaciſſime præfuerunt.

Florentiæ, ſub honorificentiori, quam primo aſpectu vox ipſa ſignificare videatur, *Officialium Studii* denominatione, præter alibi laudatos, (*a*) *Thomam Aloyſii Laurentii de Rodulphis*; *Berlingherium Franciſci de Berlingheriis*; *Bernardum Jo. Pauli de Oricellariis*; *Laurentium Petri Coſmi de Medicis*; *Antonium Bernardi Miniati Dini*; *Alamannum Philippi Cini de Renuccinis*; *Paulum Antonium Thomæ de Soderinis* pluries in Officio confirmatos, Supremi Studii Curatores adinveniuntur. (*b*) ....

Alexander Antonii Lucæ Manetti de Filicaria Ficino apprime carus; (*c*) nec minus hac Præfectura, atque ea Bonorum Rebellium, quam Prio-

D 6 rum

(*a*) In Opuſc. VIII. in princ.

(*b*) Monum. Reform. ab An. 1481. Catal. Summar. in Miſc.

(*c*) Lib. 10. Epiſtol. Epiſt. 5.

rum Sella, ac Juſtitiæ Vexilliferatu, non multo pridem ab Eo, & multoties a ſuis obito conſpicuus. (*a*)

Jacobus Joannis de Salviatis, Avita ſuorum, ac *Mediceorum* Cognatione clariſſimus; (*b*) in arduis negotiis, & præſertim pro recuperanda Piſana Urbe Studiorum ſede, apud Catholicam Majeſtatem, Orator adhibitus; (*c*) omniſque literariæ rei Promotor munificentiſſimus. (*d*)

Thomas Andreæ de Minerbettis, bis etiam Summo Reipublicæ Magiſtratu poſtea functus; pluribus Legationibus inſignis, & in ea ad Sum. Ponti-

ti-

(*a*) Franc. Junctin. in Catal. Vexil. Scip. Ammir. Lib. 24.

(*b*) Id. in Fam. Albit. pag. 43. Eugen. Gamur. Tom. 1. in Fam. de Montau. pag. 223.

(*c*) Vit. Petr. Soderin. cum Append. Monum. edit. Patav. p. 186. &c. pag. 191. Jacob. Nard. Hiſtor. Florent. Lib. 4. 6. &c.

(*d*) Nicol. Angel. Buccin. in nuncup. Oper. Macrob. P. Saſſol. in Libel. cui Tit. Illumin. Conſcient. Steph. Sterpon. in Epiſt. MſC.

tificem, decurrente Anno 1492. Equeſtri Dignitate cohoneſtatus. (*a*)

Braccius Dominici de Martellis: quem niſi propria, ac Gentilitia virtus nobilitaſſet, *Dominici* Genitoris, Juriſconſultiſſimi Viri, & in Patrio Lyceo Profeſſoris ſcientia; Operaque, quæ ſcripſit, univerſæ Reipublicæ maxime ſpectabilem reddidiſſent; (*b*) collataque diligenter utriuſque ætate, ad hunc Noſtrum, non vero ad *Braccium Feſulanum Epiſcopum* &c. pertinere exiſtimo, adverſus *Julium Nigrium*, (*c*) inter ceteras celebrem ipſius *Marſilii* Epiſtolam *De Concordia Moyſis & Platonis*. (*d*)

Carolus Leonardi Petri Del Benino, cujus antiquitus *Neldiæ Familiæ* decori, recentius quoque Vexilliferatus decus acceſſit; & quem propria Scien-

---

(*a*) Id. Ammir. Hiſtor. Florent. Lib. 25. & 26. &c.

(*b*) Mich. Pocciant. & Jul. Nigr. in Verb. *Dominic.* Catal. Flor. Profeſ. An. 1451. in Arch. Gener. int. Act. Ser. Nicol. Dini V. 2.

(*c*) In Op. de Script. Florent. in V. *Brac.*

(*d*) Lib. VIII. Epiſt.

Scientia ac Probitas ſummopere commendabant. (*a*)

Philippus Bartholomæi de Valoribus, *Ficini* primum Auditor, deinde ex ipſius intimis ac familiaribus, ut Epiſtolarum commercium probe detegit; (*b*) & ut aliis titulis atque nominibus illuſtris, ex eo nobis præcipue commemorandus, quod pro collata in Filium Inſtauratoris hujuſce noſtræ Academiæ munificentiſſimi, nempe in *Joannem Laurentii Medicei*, Cardinalitia Dignitate; ſicuti poſtmodum pro graviſſimis aliis Reipublicæ indigentiis Nuncii partes egregie obierit. (*c*)

Petrus Jacobi de Guicciardinis, quem nedum in hoc munere, & in ſupremo Urbis Magiſtratu providentiſſimum; ſed & in pluribus Legationibus, præſertim ad *Maximilianum I.* *Leonemque* X. prudentia & eloquio maxime pollentem; Militari quoque

que

(*a*) Ugolin. Verſin. de Illuſtrat. Urb. Florent. Scip. Ammir. Lib. 29. Jacob. Nard. Hiſtor. Florent. Lib. 7.

(*b*) Lib. 7. Lib. 9. Lib. 11. Lib. 12. &c.

(*c*) Præcit. Ammir. Lib. 26. ſub An. 1491. & 93.

que Peritia ac robore præſtantiſſimum in poſtremo cum Piſanis bello, Florentina Reſpublica experta eſt. (*a*)

Complent Florentinorum Utriuſque Studii Præſidum, ad An. uſque 1484. Seriem hanc ....

Americus Bartholomæi Bertoldi de Corſinis, ceteris hujus inclytæ Familiæ Viris addendus, quos longa, ſed non ex omni parte abſoluta narratione, proſequitur *Ab. Gamurrinus*. (*b*) Hic ſiquidem & munus hoc, & alia pleraque Urbana, dum geſſit, ornavit: quamobrem non immerito æquiſſimus morum æſtimator *Ficinus Fide Fideliorem* eumdem honorificentiſſime appellat. (*c*)

Joannes pariter *Nicolai Joannis de Cavalcantibus*, *Criſtophori Landini*, (*d*) ejuſ-

(*a*) D. Gamur. Tom. 1. in Fam. Guicciard. & Ammir. Lib. 28.

(*b*) Tom. 3. pag. 143. & ſeq. Hiſtor. Genealog. Famil. Etruſc. &c.

(*c*) Lib. 3. Epiſtolar.

(*d*) Vid. Specim. Literat. Florent. Edit. ad Angel. Bandin. §. 15. Not. 10. & Nov. Liter. Flor. d. 2. Auguſt. 1748.

ejuſdemque *Ficini* amicitia & epiſtolarum frequentia clarus, ubi Eum ſæpiſſime laudat; & *in Convivio*, propter animi virtutem, & egregiam indolem *Convivarum Heroem* perofficioſe nuncupat. (*a*)

Franciſcus Thomæ de Saſſettis, cujus Magnificentiam Religionemque celebrat prælaudatus Auctor; (*b*) eademque in Filiam transfuſa, Ei facile promeruit, ut *Alexandro Puccio* nupta, tres ex eadem Nobiliſſima Agnatione S. R. E. Cardinales ampliſſimos, arctiſſimo Affinitatis vinculo contingeret. (*c*)

Dominicus Caroli de Pandulphinis, Vexilliferatus honore perfunctus; ac pro obtenta a *Sixto IV. P. M.* Cenſurarum venia, de Patria noſtra optime meritus: (*d*) cui, poſt paucos deinde menſes, ſucceſſit in hoc Acade-

(*a*) Lib. 1. Epiſt. Lib. 3. Lib. 12. Lib. 5. 7. 11. &c. Gamur. T. 3. pag. 60.

(*b*) Lib. 5. præd. Epiſtol.

(*c*) Id. Gamur. Vol. 3. in Geneal. Fam. *Puc.* in fin.

(*d*) Sc. Ammir. Lib. 24. ad An. 1474. & 1480.

cademico munere, *Sigiſmundus Angeli de Stufa*, de quo nunc.

Gyſmundus Angeli della Stufa, aliquanto poſt Piſanus Prætor, (*a*) cujus extare perhibetur *Mſ. Morale Opuſ.* & quem eadem *Marſilii Ficini*, *Angelique Politiani* amicitia probat; in eo etiam prodita, quod uterque Ipſum, in acerbiſſimo *Albertæ Albitiæ* Conjugis obitu, conſolati ſint; gravi Epiſtolio Ille; hic vero eleganti Elegia, prout alibi fuit adnotatum. (*b*)

Laurentius denique *Dominici Laurentii de Franciſcis*, cui calcar ad omnem honeſtatis viam inſiſtendam, præbuere Domeſtica Exempla; atque prælaudati immortalis Platonici monita, duabus præcipue Epiſtolis expreſſa, in quarum prima, tres eſſe humanæ vitæ duces, Rationem, Experientiam, Auctoritatem oſtendit; in quarum altera quot quantiſque malis, intus foriſque circumvallati ſimus, ſapienter edocet. Hiſce præceptis inſtructus, ut alia Patriæ munia, ita hanc Studii Præfectu-

(*a*) Lib. 4. Rer. Stud. pag. 56.

(*b*) Ex d. Marſil. Fic. Lib. 1. & Politian. Tom. 2. Lib. 12.

cturam ſuſcepit exercuitque, ut nulli, ex illuſtribus Collegis, integritate, fide, prudentia concederet. (*a*)

Nec reticendum hic, quod cum Supremis Athenæi Moderatoribus, adjungi conſueviſſet, tanquam omnium Æconomicarum Deliberationum Vicarius & Executor (quem *Proviſorem* dixere) talem provinciam obiit, ab Anno 1481. poſt *Franciſcum Dominici de Sirigattis*, de quibus *in Muſæo Honoris Clariſ. Marcheſ. Bernardus Jacobi de Pulcis*, quo vix alter, inter prælaudatos Studii Adminiſtros, in humanioribus Literis, & præſertim in Poetica Facultate excultior; cujus ſpecimen, pro ea tempeſtate nitidiſſimum, ſunt quamplures *Thuſcæ Elegiæ*, & *Virgilianæ Bucolicæ non contemnenda Verſio*. (*b*) Prædicant Ipſius, duorumque Fratrum, *Lucæ* videlicet, & *Aloyſii* eruditionem atque elegantiam quicumque de Florentinis Illu-

(*a*) Fic. Lib. 1. & 4. Epiſt. 1.

(*b*) Jo. Mar. Creſcimben. Comment. vulgar. Poeſ. Vol. 2. P. 2. Lib. 3.

luſtribus ſcripſere; (*a*) ſummique Reipublicæ Proceres, ac Principes eorum familiaritatem, atque Operum nuncupationem minime dedignati ſunt; immo penes *Cinellium* ipſum, ejuſdem *Bernardi Uxor Antonia*, tanquam Poetria illuſtris celebratur. (*b*)

Piſis autem, jam ab An. 1479. (*c*) cœpit *Magni Cancellarii* Dignitate præfulgere *Raphael Riarius Savonenſis S. R. E. Cardinalis Tit. S. Georgii ad Vel. Aur.* Hic e Piſana Schola, unde prodiit, difficillimis negotiis implicitus, maximiſque periculis obnoxius, ut alibi adnotavimus, Piſanæ Eccleſiæ Adminiſtrator redditus, Eidem, per vicennium circiter, abſens præfuit, perque Vicarios ſuos, etiam in ſolemnibus Doctorum Inaugurationibus, auctoritatem ſuam interpoſuit; neque unquam, in Publicis indigentiis, Eidem

(*a*) Pocciant. Nigr. Min. Cinel. Verin. Donius &c.

(*b*) Tom. 4. recent. Edit. Venet. in Verb. *Pulci Bernard.*

(*c*) Franciſc. Orlend. Orb. Sacr. P. 2. Lib. 3. Cap. 25. &c.

dem præſto eſſe detrectavit, (*a*) Humanitate certe minime diſpari ſummæ Munificentiæ, qua Romæ, qua Oſtiæ, ſplendidiſſima ædificia promovit. (*b*)

Piſis pariter, poſt alios alibi commemoratos, (*c*) *Rectoris*, vel *Prorectoris* munus obiere per hæc tempora ....

Gerardus Macrino Siculus Vicerector, quem per breve temporis intervallum, Cathedra Juris Civilis in hoc eodem Gymnaſio poſtea potitum, ſuperius innuimus. (*d*)

Petrus de S. Domnino Garfanianæ, ex illuſtribus Deſcendentibus *Andreæ* Æquitis Aureati, Comitis Palatini, Archiatri ac Conſiliarii *Caroli IV.* Rom. Imperat. (*e*) Provectus jam æta-

(*a*) Diar. Doctor. in Archiep. Piſ. Tabular. Lib. 3. Vol. 3. Arch. Flor. Reformat.

(*b*) Hubert. Foliet. de Ligur. Homin. temp. Pac. Clar. Marſil. Ficin. Lib. 5. & 6. Raph. Volater. Comment. Urban. Lib. 22.

(*c*) In Opuſc. v. pag. 36. & in Opuſc. VIII.

(*d*) In Elog. Franc. Gualterot.

(*e*) Emporienſ. Habit. pag. 18. Florent. Typ. Bern. Paper. An. 1736.

ætate (uti nunc, *ex Imperiali Motu pr.* non poteſt aliter uſuvenire [a]) regimen Academiæ ſuſcepit *Rector Magnificus* : in quo conſpicuo munere perſtitit a Die 2. Novembr. 1480. uſque ad Diem 27. ſubſequentis Junii, quo diſceſſit. [b]

Gerardus Vellutellius Lucenſis, a Menſe Julio præd. Anni 1481. uſque ad Menſem Januarium, Vicerector Subſtitutus, [c] cujus ſummæ diligentiæ debetur Exemplum Academicarum quarumdam Conſtitutionum, Charta Pergamena exaratum, quod in mea Bibliotheca, a Juniore *Morninio*, Bibliopola Liburnenſi, emptum adſervatur.

Carolus de Ricavo Prorector; & Huic legitime ſuffectus Rector, a Die 17. Maji 1482. ad Novembrem uſque, ſine Stipendio, & deinceps cum conſueto *Floren. Sexaginta* Honorario, *Ludovicus Sparſia Valentianus*, qui in

(a) Vid. Orig. in Arch. Piſ. Univ. ſub num. 86. inter Negot. An. 1744.

(b) Catal. Rector. &c. in Memor. Ref. Florent. pag. 10. & ſeq.

(c) Ibid. & Lib. 2. Rer. Stud. pag. 71. & Miſcel. Summar.

in Tertio Rerum Studii volumine in Archivo Florentino Reformationum, *Nobilis ac Præſtantis Viri* Titulo decoratur. [*a*]

Inter hos longe eminere viſus eſt *Aldellus Piccolomine*US *Spinel. F. nobilis Senenſis*, poſtea *Suanenſis Epiſcopus* [*b*], qui proinde depoſitis, ſtatuto tempore, Academicis Faſcibus, hoc honorificentiſſimo Diplomate, ſub Die 3. Novembris An. 1484. commendatus abiit „ Havendo Noi dalla voſtra Opera ricevuto boniſſimo ſervizio & utile per lo Studio noſtro, e diligente governo e pacifico, di tutto vi ringratiamo ſommamente, & ſiaſimo contenti compiacervi ſeguitiate le voglie voſtre, offerendo l' Officio noſtro eſſer ben diſpoſto ſempre affarvi ogni piacere & honore che deſideraſſi da Noi, ſi perche la voſtra Humanità e diſcrezione lo merita, ſiccome perche veggiamo che portate amo-

„ re

(*a*) Pag. 16.

(*b*) Iſidor. Ugurger. Pomp. Sen. P. 1. Tit. 8. Ferd. Abb. Ughel. Ital. Sacr. Tom. 3. inter Epiſc. Suanenſ. num. 40.